A. C. MCXLV.

49.

S. Mariae Majoris.

Olim in veteris porticûs fronte, nunc humi penes ſacrarium.

TERTIVS EVGENIVS ROMANVS P̄P BENIGNV OPTVLIT HOC MVNVS
VIRGO MARIA TIBI. QVE MATER XP̄I FIERI MERITO MERVISTI
SALVA PERPETVA VIRGINITATE TIBI ES VIA VITA SALVS TOTIVS
GL̄A MVNDI DA VENĪA CVLPIS VIRGINITATIS HONOS.

Sub hac inſcriptione.

GREGORIVS XIII. PONT. MAX. EVGENII LABANTEM PORTICVM DEIECIT AC MAGNIFICENTIVS RESTITVIT
VIAM RECTAM AD LATERANVM APERVIT ANNO IVBILEI MDLXXV.

ANASTASII IIII.
A. C. MCLIII.

50.

S. Johannis in Laterano.

In clauſtro, ſub protome S. Helenae.

DIVÆ HELENÆ AVGVSTÆ
MAGNI CONSTANTINI MATRI
SEPVLCRALEM HANC PORPHYRETICAM ARCĀ
IAMDIV EX IPSIVS MAVSOLEO VIA LAVICANA
IN HANC SACROSANCTAM BASILICAM
AB ANASTASIO QVARTO SVMMO PONTIFICE
AD PROPRII MONIMENTI VSVM TRANSLATAM
ET INIVRIA TEMPORVM VNDIQVE DIRVPTAM
AC PENITVS DISIECTAM
NE TANTÆ PATRONÆ
DE EADEM BASILICA OPTIME MERITÆ
MEMORIA DEPERIRET
CAPITVLVM ET CANONICI RESTITVERE
ANNO SALVTIS M. DIX.

COE-

COELESTINI III.

A. C. MCXCI.

51.

S. Johannis ante Portam Latinam.

In pariete.

✠ ANN. DNIC. INCARN. M. CLXXXX EC
LESIA . SCI . IOHIS ANTE . PORTA . LATINA DEDICA
TA E AD HONORE DEI ET BEATI IOHIS EVAN
MAN' DNI CELESTINI . III. PP. PSENTIB, FERE OM
NIB' CARD. TA EPIS QVA ET ALIIS CARD MEN MA
DIO . DIE . X. FESTIVIT SCOR GORD ET EPIMACHI
E ENIM IBI REMISSIO VERE PENITENTIB' XL. DIER
DE INIVNCTA SIBI PENIA SINGVLIS ANNIS

52.

S. Salvatoris de Cupellis.

In pariete.

✠ IN NOMINE DOMINI . ANN. DNICE . INCARN.
M. C. XCV. ET ANNO . V. PONTIFICAT. DNI .
CELESTINI . III. PP. INDICTIONE . XIIII. MENS NOVEB.
DIE XXVI. FACTA EST CONSECRA
TIO ISTIVS ECCLE IN QVA TRIA CON
SISTVNT ALTARIA . MAIVS QVORV A MANI
BVS DICTI PONTIFICIS AD HONORE SAL
VATORIS EST CONSECRATVM . IN QVO HEE ST

POSI-

POSITE RELIQVIE . SCŌRVM APLORV̄ PHILIP
PI ET IACOBI . SCĪ ANDREE APLĪ DE CARNIB' A
PLORV̄ PE. ET . PA. ET DE VESTIMTIS EORVDĒ . S.
FELICIS . SCŌRV̄ ABDON . ET SENNEN . CA
LIXTI . PP. STEPHANI . PP. CORNELII . PP.
SATVRNINI . XYSTI . ET LAVRENTII . NE
MESII . CRISANTI . ET DARIE · TYMOTHEI .
NYCOLAI . MARCI . ET MARCELLIANI . HER-
METIS . FELICISSIMI . ET AGAPITI . S. SEBA-
STIANI . MAIOR PARS CORPORꝶ SCŌRꝶ ABV̄DII ET ABV̄-
DĀTII . SCŌRꝶ IO. ET . PA. ET DE SANGVINE . DNI . ✠
ALIVD QVOD EST AD HONORĒ BĀTE MĀR VIRGINIS
CSTITVTV̄ . A MANIB' DNI . PE. PŌTVENSIS EPI CSTAT
FORE SACRATV̄ . IN QVO ST RELIQE HE . DE VELO ET VE-
STIMTO ET CINGVLO . S. MAR. VI ET DE MANNA S. IO.
EV̄GLISTE . S. CESARII . S. BARBARE VI MARGARITE SA-
VINE . PRISCE . FELICVLE . SECV̄DINE FELICITATIS VICTORIE
MVNDE . ET . S HELENE VIGINV̄ . ✠ TERTIV̄ QVOD AD HO
NORĒ . BĀTI IO. BBE . EST CSECRATV̄ A MANIB' DNI ALE
XĀDRI EPI CAPAQNSIS . IN QVO ST RELIQE CĀP GRE-
SCETIANI . M. DE RELIQIIS S ZENONIS . PATNIANI . VIC
TORIS : SILVANI . ARGENI . SECVD DONATI ET REMEDII

53.

S. Johannis in Laterano.

In valvis aeneis prope ſacrarium.

VALVAS PORTAE EPISCOPII LATERAN. QVAS CENCIVS S. R. E. CAMERARIVS

QVI POSTEA HONORIVS PAPA III. SABELLVS IVSSV CAELESTINI PAPAE III. FACI

ENDAS CVRAVIT QVASQ LOCO SVO DEMOLITAS BERNARDIN. SABELLVS ME

MORIAE CAVSA AVCTORE IACOBO FRATRE CARD. LATERANVM REMISIT

HEIC REPOSVERVNT AN. CIↃ IↃ XXCIX

CAPITVLVM ET CANONICI

Veteres ad ipſas valvas inſcriptiones.

✠ INCARNACIOIS. DNICE. ANO. M. C. XC. VI

PONTIFICAT.' VO DN CELESTINI. PP. III. AN

NO VI. CENCIO CAMERARIO. MINISTRA

TE HOC. OP' FACTV. EST

✠ VBERT'. MAGISTER ET PETRVS. EI'. FR.
PLACENTINI. FECERVNT. HOC. OP'.

54.

S. Euſtachii.

In pariete.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI ANNO

INCANATIONI EIDE MILL C. XCVI. ET ANNO

VI. DNI CELESTINI III. PP. INDIC. XIIII. IN DNICA

CAN-

CANTĀT MODICV̄ DEDICATA Ē ECCL̄A ISTA CV̄ TBV
ALTARIB. Q̄ S̄ Ī EA Q̄ CSECT̄IO FACTA Ē AB EODĒ DN̄O
PP. CVI COADIVTOES FVER. HII EPI OCTAVIANV
HOSTIEN. PE. GALLOCIA PŌTVEN̄ IO. ALBANEN̄
PET. ARCHIEPS̄ AGGEREN̄ ANASTASI CAPĀQ NYC
FORISĪPNIEN̄ ET SABARISCI' BADĒ Ī MAIŌĪ A'
TARI C̄SĒCTV̄ HAB IPŌ DN̄O P̄P CVI ETIĀ ASTITIT P̄DICT
O EP̄S S̄ HEE RELIQE DE LIGNO ✠ DN̄I DE SANGN̄E
IPI' DE SPINEA CORONA DE VESTIM̄TIS EI' DE RELIQI ET
VESTIM̄TI' APL̄OR PEETPA DE COSTA S. ANDREE DE
ĀVINA ET C̄ABONIB. S. LAV. DE REL̄ SŌRVM EVSTA
THII VXOĪS ET FILIOR EI' SVB MAĪOI ALTAĪ Ī CC̄A
ONICHINA S̄ CŌPOĀ SCŌR MĀTIR EVSTATHI
ET VXOĪS EI' THEOPISTI EORQ FILIOR AGAPITI ET THE
OPISTI EGO CELESTIN' CATHOLICE ECCL̄E EP̄S CV̄
P̄DICTIS EPĪCOP̄ CŌPOĀ SCŌR ET OCL̄IS VIDI ET MANIB TC
TAVI ET REC̄DIDI C̄V TITVLO ANTIQ. Ī MAVSOLEO SVB
ALTAĪ AD VN' CS̄EC̄TIOĪ ĀNIV̄SAĪV STATVIM' VT QTQ
AB IPSO DIE V'Q AD OCTAVV̄ PĒTEC̄S ET DEVOTE C̄VENERIT DV
OR ĀN̄OR REMISSIŌEM SVOR. PECCAŌR HABEĀT
✠ EC CSECT̄IO AN̄O ET DIE V. P̄DICTO FACTA E STADIO (ſic) ET
LABORE PET. ARCHIPBR̄I COGMTO SACCOCIA . CLERO
ET PP̄LO AVXILIATE . CVI' CS̄ECT̄IO OĪ CELEBRI
S
TATI VQ AD HEC TPA NVLLA SIMILI' EXTITIT

55.

S. Laurentii in Lucina.

In porticu.

✠ ANNO DNICE ICARNATIOIS. MILL CXCVI. POTIFICAT. DNI CELESTINI TTII PP. ANNO EI. VI. INDIC. XIIII. MSE MADII. DIE XXVI

DEDICATA FVIT HEC ECLA P MAN' EI'DEM CELESTINI CV QVO ITFVER ARCHIEPI EBORACESIS. ACCERNTIN. SIPOTIN'. EPI.

AL. ALBANEN. OCT. HOSTIEN. PETRVS. PORTVEN. IOHES BITBI EN NICOLAV'. SIFORONIENSI' PAVLVS. ORTAN' SABARISCIV'

BATIONESIS. CAPVAQNSIS. A. REATIN. B. NARNIENSIS. IACOB'. AMELIENSIS. ET TOTA CVRIA CARDINALIV. PSIDNTE

HVIC ECLE CINTHIO CARDINALI FACTA E AVTHEC DEDICATIO AD HONORE DI ET BEATI LAVRNTII MARTIRIS CV

DEVOTIOE TOTI' POPVLI ROMANI ET ADIACNTIV POPLORV CV TATA SOLLEPNITATE ET GLA QVATA HACTEN' NEC RECO

GNITA NEC VISA FVIT. HEE S REL Q S. RECDITE I ALTARI MAIORI. II. APVLLE CVM ADIPE ET SAGNE BEATI LAVR ET VAS PLENV DE

CMATA CARNE BEATI LAVR. GAVSAPE Q AGLS TSIT CORP EI' C. TICLA SR Q ASSAT' FVIT. ET CORPA BATOR. M. ALEXAD PP

EVETII THEODOLI SEVERINE. POTIANI EVSEBII VICNTII. ET PEREGNI. GORDIANI. ET FELICVLE VIR ET MR. SIPNII. ET VESTIS S. SI STI

STI ET IIII. DNES APLOR PHILIPPI ET IACOBI . DE LIG ORI CCIS X .
DE PET SEPVLC. ET REL SCOR CESARII MR. MARTIN. PP. ADAN. IVLIAN MR

MARCELL ET PET MARCI ET MARCELLIAN. ROAN. EPIFANII . MARTIN. NEMESII . OLIPII . THEODOL. LVCILIE . ET SVPERIE . AGPPINE. ABDON

ET SENES. ET OCTO BRACHIA SCOR YPOLITI IVSTINI PBRI . QVIRINI PBRI . FELICIS ET ADAVCTI SIPHOROSE . IVSTINI . ET EVGENII . MARTIRV .

INNOCENTII III.

A. C. MCXCVIII.

56.

S.Mariae in Monticellis.

In pariete.

✠ SCIFICANS AVLA PATER INNOCENTIVS ISTAM.
NE CVI SERVISSET SIC LIBA IVSSIT VT ESSET.
QD TC PRESENTES LAVDARVNT PONTIFICES TRES.
CONRADVS. STEFANVS. ALBRICVS. CV FORET ANNV
TERNVS. MILLENVS. DECIESQ. QVATERQ. DECENVS.
ET QVARTVS DECIMVS PATRIS HVIVS PONTIFICATVS
ET SEXTV SOLE MAIVS REVOCARET IN ORBEM.

S. Fran-

57.

S. Franciſcae Romanae in Regione Montium.

In pariete.

D. O. M.
ET DIVAE FRANCISCAE
FAMILIA FRATRVM SS. TRINITATIS
REDEMPTIONIS. CAPTIVORVM
QVAE IN ORTV IPSO ORDINIS
A SAT.^{IS} ANACHORETIS IO. ET FELICE
DIVINO. MONITV. INSTITVTI
ET. AB. INNOCENTIO. III. CONFIRMATI
AD D. THOMAE IN FORMIS
DEINDE. PIO V. PONT.
AD D. STEPHANI. IN TRVLLO CONSEDIT
DEMVM ANNVENTE PAVLO V. P. M
IN SALVBRIOREM HVNC
COMMODIOREMQ. LOCVM TRANSLATA
POSVIT DICAVITQVE MDCXIV
OCT. CARD. BANDINO ORD. PROTECT.

58.

In Vaticano.

In Aula Regia.

PETRVS ARAGONIAE REX AD VRBEM PROFECTVS
INNOCENTIO III. PONT. MAX. REGNVM ARAGONIAE
DEFERT CONSTITVTA ANNVI TRIBVTI PERPETVA
PENSIONE OBEDIENTIAM SIMVL ET DEFENSIONEM
SEDIS APOSTOLICAE POLLICITVS

S. Spi-

59.

S. Spiritus in Saxia.

In aula Praeceptoris.

INNOCENTIO III. ANAGN. P. M.
XENODOCHII HVIVS TOTO ORBE CELEBER
CVM DONARIIS DOTALIB. FVNDATORI ET
RELIGIONIS FRATRVM IBID. INSTIT. FOELICISS.

HONORII III.

A. C. MCCXVI.

60.

S. Mariae in Campitelli.

In pariete.

QVISQVIS ADES CIVIS HOSPES VIATOR
INGRESSVM PAVCA SVBSISTE
VENERABILIS TEMPLI LIMEN TERIS
CVIVS OLIM AMPLITVDINEM B. PETRVS DAMIANVS
PRAECLARO BASILICAE NOMINE DECORAVIT
CVI SOLENNI RITV SACRANDO
HONORIVS III. A. S. M. CC. XVII.
PONTIFICIAS MANVS ADMOVIT
IDEMQVE PLVRIBVS AC LECTISS. SANCTORVM
RELIQVIIS LOCVPLETAVIT
CVI PAVLVS V. PONT. MAX
CLERICOS REGVL. CONGREG. MATRIS DEI
QVI ET ILLVD VETVSTATE FATISCENS INSTAVRAVERE
PRAEFECIT
QVOD ALEXANDER VII.
TRANSLATA CELEBBERRIMA ILLA
E CAELO DEMISSA EFFIGIE S. MARIAE IN PORTICV
IACTOQVE SVA MANV PRIMO LAPIDE
VETERI CARDINEO TITVLO NOVITER INSIGNIVIT

ROMA-

ROMANI VERO POPVLI EXACTA LVE VOTI COMPOTIS
PIA REGIAQVE LARGITAS FVNDITVS RESTITVIT
MAGNIFICENTIVS EXCOLVIT. AMPLIFICAVIT. ABSOLVIT.
OPEM PRÆBENTE CLEM. X. PONT. MAX.
ATQVE ITA RESTITVTVM
POMPEIVS ALDROVANDVS ARCHIEP. NEOCÆSAREÆ
ROM. ROTÆ DEC. SAC. PŒN. REG. DEINDE S. R. E. CARD.
SOLEMNI RITV DEDICAVIT V. IDVS IVL. A. S. MDCCXXVIII.
BENEDICTO XIII. PONT. MAXIM.
EIVSQ. DEDICATIONIS FAVSTVM DIEM PRIDIE KAL. SEPT.
QVOTANNIS CELEBRANDVM CONSTITVIT

NICOLAI III.

A. C. MCCLXXVII.

61.

In Capitolio, in palatio Conſervatorum.

✠ ANO DNI. M. CC. LXXVIII. SCISSIMVS PAT DNS NICOLA
VS PP. III. FIERI FECIT PALATIA ET AVLA MAIORA ET CA
PELLA. ET ALIAS DOMOS ATIQVAS APLIFICAVIT PONTIFI
CATVS SVI ANO PIMO. ET ANO SO POTIFICAT SVI FIERI FE
CIT CIRCVITV MVRORV POMERII HVIVS. FVIT AVT P
DCS SVM POTIFEX NATIOE ROMAN' EX PTRE DNI MATHI
RVBEI DE DOMO VRSINORVM.

NICOLAI TERTII PONTIFICIS MAXIMI
DE AVGMENTO DIVINI CVLTVS
CHRISTIANAE REIPVBLICAE PACE ATQVE INCREMENTO
ITALIAE LIBERTATE ET SECVRITATE
DITIONIS ECCLESIASTICAE IVRIBVS
AC DE VRBIS TRANQVILLO STATV
OPTIME MERITI

AN-

ANTIQVAM EPIGRAPHEN
POMERII VATICANI MVRIS OLIM AFFIXAM
IN SVRBVRBANO VIAE AVRELIAE PRAEDIO NVPER INVENTAM
SEDENTE SS. D. N. BENEDICTO PAPA XIII
NON TAM GENTIS VRSINAE DECORI
QVAM PATRIAE ORNAMENTO FVTVRAM
CAPITOLINIS FASTIS APPONI CVRARVNT
PAVLVS MARIA MARCHIO DE MACARANIS }
CAMILLVS CAPRANICA } CONS.
PROSPER MARCHIO DE CAFFARELLIS }
LOTHARIVS MARCHIO DE LOTTERIIS PRIOR CAP. REG.
IDIBVS DECEMBRIS MDCCXXVII.

OBTVLIT CAPITOLIO
FRANCISCVS BLANCHINVS VERONENSIS
SS. D. N. PAPAE PRAEL. DOMEST.

62.

In cryptis Vaticanis.

NICOLAVS PAPA TERTIVS
VRSINVS
RAINALDVS. CARD. VRSINVS
RAINALDVS VRSINVS SANCTI
HADRIANI DIAC. CARD. IVLIVS
BASIL. VATIC. ARCHIPRESB.

HONORII IIII.

A. C. MCCLXXXV.

63.

In hoſpitio S. Stanislai Polonorum.

✠ HONORIVS EPV̑S SERVVS S̄VOR D̑I DILĪS FILIIS RECTORI ET CL̄ICO ECCL̄IE SCĪ SALVATȎIS Ī PESILI DE SȎRACA D̄ VRBE SALT̄ ET APL̄ICAM BȆN. VITE ꝑ̑E

NIS GLA QVA MIRA BEIGNITAS OIVM CDITOIS BEATA CORONAT
ACIE CIVM SVPNOR A REDEPTIS PTIO SANGVINIS FVSI DE PTIOSO
COPORE REDEPTO

RIS MITOR DEBET ACQRI VITVTE IRG QVE ILLD ŒPGRANDE DI-
GNOSCIT QD VBIQ S3 PCIPVE I SCOR ECCLIIS MAIESTAS ALTISSI-
MI CLAVDET. CVPI

ENTES G VT ECCLIA VRA QVE I HONORE SCI SALVATOIS ƆSTRV-
CTA EE DIGSCIT ET Q P VENERABILE FREM NRM IERONIMV EPM
PENESTRIN

EX SPECIALI NRA ƆMISSIOE VIVE VOCIS ORACLO A NOBIS S FCA
E IN PXIO DEDICADA ƆGIS HONOIB3 FREQNTET OIB3 VE PEI-
TENTIB. ET ƆFESSIS Q AD

ECCLIA3 IPA3 I DIE Q EA CTIGEIT DEDICAI ACCESSERIT . I : I .
ANOS T QDRGENAS DVAS. ACCEDETIB3 VO AD EADE3 ECCLIA3
I ANNIVSAIO DDICATONIS EIDE3

ANVATI3 VNV ANNV ET QDRAGITA DIES DE OIPOTETIS DI MIA
ET BEATOR PET' ET PAVLI APLOR EI' AVCTOITATE ƆFISI DE
INNICTIS S PEITENTIIS MI

SERICODIT RELAXAM' DAT ROM APD SCA3 SABINA3. VI. KL NO-
VEBR. PONTIFICAT' NRI ANNO PRIMO

ANNO MILLNO . BIS CENT3 . BIS QDRAGENO . QVIQ3 SIML YD QVI-
TOQ3 NOVEBRIS . A PENESTRINO . RENOVATA CAPELLA SACRATVR.

CVI

CVI TITLS DAT' EST. SALVATO EXINDE VOCATVS. HONOIVS QTVS. DEDIT ANNV CV QDRAGENA. VT CAREAT PENA. QVI NO E CMINIS ARTVS.

PARS VESTIS XPI PARS LIGNI TRADIT' ISTI. PARS BACVLI PAVLI. PARS SCI BARTHOLOMEI. HOR SCOR COSME SIMVL ET DAMIANI

SCI MARTNI. LVCIE GEMINIANI. ALEXADRINI PETRI. PARS PVLVERIS ALMI. PETRI. PAVLIQ. PARS. ET SANCTI LEONARDI.

ISTA RECODITA. SVT SIML HIC SITA. SEV VENERATA. HIC FELICISSIMVS. H' OSTATIA VGO BATA. CRISANT' DAIA SML AC CESARI'. ADDVT.

HOC CAPANILE. MVRI PICTVRA. SEDILE TESTVDO. ROSA. PECTOQ; RALIA OGA FCA. TPE SVB MODICO. SVT PLENE CVTA PACTA.

FERT HVIC OPI. B. PBR AVCTOR HABERI. CVM SYMEONE TN. QS XPS MVNERET AM. HIC BENE QVI FECEIT IN CELIS PMIA QVERIT

MARTINI V.

A. C. MCCCCXVII.

64.

S. Laurentii in Miranda.

Supra januam majorem.

OPTIMO . PRINCIPI . OTHONO . COLVMNAE
MARTINO . V. PONTIFICI . MAXIMO . CVIVS
AVCTORITATE . HOSPITALE . ERECTVM . AC

IVSPATRONATVS . ELARGITVM . ANO . DNI
MCDXXX. COLLEGIVM . ROMATARIORꝜ
AMPLISSIMIS . MVNERIBVS . EX . PIORꝜ. FRATRVM
ELEMOSINIS . DECORATVM . GRATI . ANIMI
SIGNVM . POSVIT . ANNO . M. DC. VII.

65.

Ibidem.

Supra xenodochii portam.

MARTINO . COLVNNE . V. PONT. MAX.
OB . HVIVS . TEMPLI . IVS . PATRONORꝜ
VLTRO . DATVM . PHARMACOPOLARꝜ
COLLEGIVM . B. M. POS.
M. CD. XXX.

66.

Ibidem.

In veteri ſacrario.

OPTIMO . PRINCIPI
MARTINO . V. PONTIF. MAX.
CVIVS . AVCTORITATE
HOSPITALE . ERECTVM . AC
IVSPATRONAT. ELARGITVM
COLLEGIVM . AROMATARIORVM
AMPLISS. MVNERIB. DECORATVM
GRATI . ANIMI . SIGNVM . POS.

67.

S. Johannis in Laterano.

In aeneo ſepulcro.

MARTINVS . PP. V. SEDIT . ANNOS . XIII.
MENS. III. DIES . XII. OBIIT . AN.
M. CCCCXXXI. DIES . XX. FEBRVARII
TEMPORVM . SVORVM . FILICITAS (ſic)

PAV-

PAULI III.

A. C. MDXXXIV.

68.

S. Petri in Monte Aureo.

In coenobii fronte.

PAVLVS III. PONT. MAX.
OMNIBVS SACERDOTIBVS. QVI IN SACELLO HOC. VEL SVO. VEL ALIENO ARBITRIO SACRIFICAVERINT. VNAM ANIMAM EX PVRGATORIO. QVOTIES ID FECERINT INSTAR INDVLGENTIÆ DIVORVM GREGORII INTRA VRBEM. SEBASTIANI AC LAVRENTII EXTRA VRBIS MENIA. LIBERANDI FACVLTATEM CONCESSIT OMNIBVS AVTEM QVI SACELLVM IPSVM A DOMINICA PASSIONIS VSQVE AD TOTAM DIEM OCTAVAM PASCHATIS. RITE VISITAVERINT. OMNIVM PECCATORVM REMISSIONEM. IVXTA ROMANÆ ECCLESIÆ MOREM. PERPETVO INDVLSIT. ANNO PONT. SVI III.

69.

In aula regia Vaticana.

Sub pictura victoriam adverſus Tunetum exhibente.

CHRISTIANORVM COPIÆ TVNETVM
EXPVGNANT OPE ET STVDIO
PAVLI III. PONT. MAX. MDXXXV.

70.

In area Capitolina.

Sub M. Aurelii Imp. equeſtri aeneo ſimulacro.

PAVLVS III. PONT. MAX. STATVAM AENEAM EQVESTREM A S. P. Q. R. M. ANTONINO PIO ETIAM TVM VIVENTI STATVTAM VARIIS DEINDE VRBIS CASIB. EVERSAM ET A XYSTO IIII. PONT. MAX. AD

LATE-

LATERAN. BASILICAM REPOSITAM VT MEMO
RIAE OPT. PRINCIPIS CONSVLERET PATRIAEQ.
DECORA ATQ. ORNAMENTA RESTITVERET
EX HVMILIORI LOCO IN AREAM CAPITOLINAM
TRANSTVLIT ATQ. DICAVIT
ANN. SAL. MDXXXVIII.

AVGVSTINVS TRINCIVS IACOBVS BVCCA BELLA
CÆSAR DE MAGISTRIS CONSERVATORES CVR.

71.

In Capitolio.

In palatio Senatoris, in pariete exteriori.

IVLIO . II
PONT. MAX
GALEOTTVS . DE . GVALDIS
VIR . PRIMARIVS
ARIMINENSIS
STRENVI . GALEOTTI
MALATESTAE
EX . FILIA . NEPOS
EQVES . COMES
ET . VRBIS . SENATOR
ANNO . M. D. X

Stemma Gentis Gualdae

PAVLO . III
REGNANTE
FRANCISCVS . GVALDVS
ARIMINENSIS
ROMANVS . SENATOR
GALEOTTI . PATRIS
VESTIGIA . IMITATVS
VIRTVTES . ASSECVTVS
AN. DOM. M. D. XXXIX

SVMMO . PAVLI . III. PONTIFICATV
FRANCISCVS . GVALDVS . ARIMINENSIS
SVB . EODEM . PONTIFICE . ITERVM . SENATOR
QVOD . EXPERIENTIA . MERVIT . GLORIA . COMPROBAVIT . M.D.XLIII

In

72.

In Via Paulina.

Prope S. Angeli pontem.

PAVLI III. PONT. MAX. AVSPICIIS
VIAM AB AREA PONTIS HADRIANI AVG. AD
VIAM IVLIAM DOMIBVS XXIX. A PRIVATIS
PVBLICA PECVNIA REDEMPTIS DISIECTISQVE
LATINVS IVVENALIS MANNECTVS ET
HIERONYMVS MAPHAEVS CVRATORES VIARVM
VRBIS ORNAMENTO ET POPVLI COMMODITATI
APERVERVNT TERMINAVERVNTQVE ET DE PON
TIFICIS NOMINE PAVLINAM APPELLARI IVSSERVNT
ANNO CHRISTI MDXLIII.

73.

In Capitolio, in aula Senatoris.

Sub pontificis ſtatua.

PAVLO III. PONT. MAX.
QVOD EIVS IVSSV AVSPICIIS ATQVE ÆRE CONLATO
VRBEM SITV ET DIVERTICVLIS VIARVM DEFORMEM
ET IMPERVIAM DISIECTIS MALEPOSITIS ÆDIFICIIS
IN MELIOREM FORMAM REDEGERINT
VIIS AREISQVE CVM VETERIBVS DIRECTIS ET AMPLIATIS
TVM NOVIS CONSTITVTIS AVXERINT ORNAVERINQVE
LATINVS IVVENALIS MANNECTVS. HYER. MAPHEVS
CVR. VIAR.
VRBE INSTAVRATA OFFICII ET MEMORIÆ ERGO
STATVAM IN CAPITOLIO OPT. PONT. POSVERVNT
ANNO CHRISTI M. D. XLIII.

S. Ma-

74.

S. Mariae de Conſolatione.

In hoſpitali, in pariete.

PAVLVS PAPA III.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM CIRCA SALVTEM CHRISTI FIDELIVM CONTINVE SOLLICITI ILLA EISDEM CHRISTI FIDELIBVS LIBENTER CONCEDIMVS PER QVÆ

ANIMARVM SVARVM SALVTEM HVIVSMODI DEO PROPITIO CONSEQVI POSSINT. SANE PRO PARTE DILECTORVM FILIORVM IACOBI DE MATTHÆIS ET ANDREÆ DE CASTILIO

ET IOANNIS FRANCISCI DE SCHIAVCIO MODERNORVM CVSTODVM ET CONFRATRVM CONFRATERNITATIS HOSPITALIS BEATÆ MARIÆ DE GRATIA CONSOLATIONE

ET PORTICV NVNCVPATI DE VRBE NOBIS NVPER EXPOSITVM FVIT QVOD IN DICTO HOSPITALI QVOD EX ELEEMOSYNIS CHRISTI FIDELIVM GVBERNATVR QVAMPLVRES

PAVPERES INFIRMI VTRIVSQ SEXVS DIVERSARVM NATIONVM PRO SANITATE RECVPERANDA VENIENTES IN DIES RECIPIVNTVR QVI EX STATVTO VEL CONSVETVDINE

IPSIVS HOSPITALIS ANTEQVAM AD CVBICVLA ACCEDANT EORVM PECCATA CONFESSORIBVS AD HOC PER CVSTODES DEPVTATIS CONFITERI TENEANTVR ET SICVT

EADEM EXPOSITIO SVBIVNGEBAT LICET VERISIMILITER CREDENDVM SIT QVOD IN ERECTIONE DICTI HOSPITALIS AVT POSTMODVM VEL ALIAS A SEDE APOSTOLICA

CONCESSVM SIT QVOD INFIRMI AD HOSPITALE HVIVSMODI ACCEDENTES AB OMNIBVS ET SINGVLIS EORVM PECCATIS ETIAM SEDI APOSTOLICÆ RESERVATIS

ABSOLVI POSSINT NIHILOMINVS QVIA DE HVIVSMODI CONCESSIONE NON CONSTAT PRÆFATI CVSTODES ET CONFRATRES NOBIS HVMILITER SVPLICARI FECERVNT

QVA-

QVATENVS EORVM ET IPSORVM INFIRMORVM CONSCIENTIARVM TRANQVILLITATI OPPORTVNE CONSVLERE AC ALIAS PRÆMISSIS OPPORTVNE PROVIDERE DE

BENIGNITATE APOSTOLICA DIGNAREMVR . NOS IGITVR HVIVSMODI SVPPLICATIONIBVS INCLINATI PRESBITERO ET PRESBITERIS PER CVSTODES DICTI

HOSPITALIS PRO TEMPORE EXISTENTES DEPVTATIS ET AB ILLIS DEPVTANDIS ETIAMSI PRESBITERI SÆCVLARES VEL CVIVSVIS ORDINIS ETIAM MENDICANTIVM

REGVLARES FVERINT OMNIVM ET SINGVLORVM VTRIVSQVE SEXVS CHRISTIFIDELIVM PERSONARVM NVNC ET PRO TEMPORE AD DICTVM HOSPITALE PRO

SANITATE RECVPERANDA CONFLVENTIVM CVIVSCVMQ QVALITATIS ETIAM SI DIVITES ET ETIAM SI CLERICI SECVLARES VEL CVIVSVIS ORDINIS ETIAM

MENDICANTIVM REGVLARES FVERINT CONFESSIONES QVOTIESCVMQVE CONFITERI VOLVERINT AVDIENDI ET ILLIS AVDITIS EOS AB OMNIBVS ET SINGVLIS

EXCOMMVNICATIONIS SVSPENSIONIS ET INTERDICTI ALIISQVE ECCLESIASTICIS SENTENTIIS CENSVRIS ET POENIS QVOMODOLIBET LATIS ET VOTORVM

QVORVMCVMQVE IVRAMENTORVM ET ECCLESIÆ MANDATORVM TRANSGRESSORIBVS IEIVNIORVM PÆNITENTIARVM INIVNCTARVM AC DIVINORVM OFFICIORVM

OMISSIONIBVS MANVVM VIOLENTARVM IN QVASVIS PERSONAS INIECTIONIBVS AC PERIVRIORVM ET HOMICIDII MENTALIS VEL CASVALIS, NEC NON ADVLTERII

INCESTVS STVPRI FORNICATIONIS ET SACRILEGII REATIBVS OMNIBVSQVE ALIIS ET SINGVLIS EORVM PECCATIS CRIMINIBVS EXCESSIBVS ET DELICTIS

QVANTVMCVMQVE GRAVIBVS ET ENORMIBVS ETIAM SEDI APOSTO-

LICÆ RESERVATIS DE QVIBVS CORDE CONTRITI ET ORE CONFESSI FVERINT ETIAMSI

TALIA FORENT PROPTER QVÆ MERITO SEDES APOSTOLICA ESSET CONSVLENDA VT PRÆFERTVR ABSOLVENDI ET PRO COMMISSIS PŒNITENTIAM SALVTAREM

INIVNGENDI NEC NON VOTA QVÆCVMQVE VLTRAMARINOR. LIMINVM APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI SANCTI IACOBI IN COMPOSTELLA NEC NON RELIGIONIS ET

CASTITATIS VOTIS DVMTAXAT EXCEPTIS IN ALIA PIETATIS OPERA COMMVTANDI IVRAMENTA QVÆCVMQVE RELAXANDI IPSISQ INFIRMIS ECCLESIASTICA

SACRAMENTA PROVT HACTENVS FECERVNT MINISTRANDI AC EIS IN ARTICVLO MORTIS PLENARIAM OMNIVM PECCATORVM SVORVM INDVLGENTIAM ET REMISSIONEM

ETIAMSI MORS NON SVBSEQVATVR ET QVOTIES MORS IMMINEBIT VEL IN DICTO MORTIS ARTICVLO CONSTITVTI VIDEBVNTVR IMPENDENDI LICENTIAM ET FACVLTATEM

AVTHORITATE APOSTOLICA TENORE PRÆSENTIVM CONCEDIMVS ET ELARGIMVR DECERNENTES PRÆSENTES LITERAS ET IN EIS CONTENTAS FACVLTATES

ET INDVLGENTIAS SVB QVIBVSVIS REVOCATIONIBVS SVSPENSIONIBVS ET DEROGATIONIBVS SIMILIVM VEL DISSIMILIVM FACVLTATVM ET INDVLGENTIARVM

ETIAM IN FAVOREM CRVCIATÆ ET TVITIONIS FIDEI AC FABRICÆ PRINCIPIS APOSTOLORVM DE VRBE ET ALIARVM ECCLESIARVM AC PIORVM LOCORVM PER NOS

ET SEDEM APOSTOLICAM PRO TEMPORE SVB QVIBVSVIS TENORIBVS ET FORMIS AC CVM QVIBVSVIS CLAVSVLIS ET DECRETIS ETIAM MOTV PROPRIO ET ALIAS

QVOMODOLIBET FACTIS ET FACIENDIS NVLLATENVS COMPREHENSAS SED SEMPER AB ILLIS EXCEPTAS EXISTERE AC CHRISTIFIDELIBVS PRÆFATIS SVF-

SVFFRAGARI DEBERE NON OBSTANTIBVS QVIBVSVIS APOSTOLICIS CONSTITVTIONIBVS ET ORDINATIONIBVS CONTRARIIS QVIBVSCVMQVE. DAT. ROMÆ APVD

SANCTVM MARCVM SVB ANNVLO PISCATORIS DIE XIII. IVNII M. D. XXXXIIII. PONTIFICATVS NOSTRI ANNO X.

I. DE TORRES

CÆ. ACCVRRIVS

75.

S. Jacobi Incurabilium.

In fronte eccleſiae.

PIETATIS STVDIO
PAVLVS. III. PONT. MAX.
GENTE FARNESIA PATRIA ROMANVS SECVNDA HOSPITALIS
HVIVS VISITATIONE PROCVRATIS LIBERALITER
ÆGROTORVM SVBSIDIIS VT ANIMARVM IVXTA SALVTI
CONSVLERE ARAM EXCITARI IVSSIT VBI QVOTIES SACRVM
FIERET ÆDEM FVNCTIS VITA GRATIÆ CONDONARETVR QVÆ
BEATORVM IOANNIS LATERANENSIS LAVRENTII SEBASTIANI
GREGORII PVDENTIANÆ PRAXEDIS B. MARIÆ DE POENIS
INFERNI CÆTERARVMQ. VRBIS ECCLESIARVM INTRA EXTRAQVE
ALTARIBVS EX ANTIQVO PONTIFICVM THESAVRO TRIBVTÆ
MEMORANTVR QVOD VT MEMORIÆ ÆTERNÆ CONSERVARETVR
PIÆ DOMVS CVSTODES HIC DESCRIBI CVRAVERVNT
ANNO SALVTIS M. D. XXXXV.

QVÆ VETERI ARÆ ASCRIPTA SVNT PRIVILEGIA EADEM HVIC NOVÆ
INSTAVRATÆ ECCLESIÆ PAVLVS III. PONT. ARÆ ADSCRIBI ATQ.
IDEM VALERE NVLLO PRORSVS INTER VETEREM AC NOVAM
DISCRIMINE AVT VARIETATE DECREVIT AC PERPETVA LEGE
STABILIVIT DIE DECIMA MENSIS IVLII M. D. XXXXIX.

76.

S. Mariae in Aquiro.

In pariete.

PAVLO . III. FARNESIO . ROMANO
P. O. M.
QVOD . PVEROS . AC ; PVELLAS . PARENTIBVS . ORBATAS
DOMICILIIS . MVNIFICO . SVMPTV . FVNDATIS
AMPLISSIMISQVE . PRIVILEGIIS . COMMVNITIS
DONAVERIT
ARCHICONFRATERNITAS . ORPHANORVM . GRATI . ANIMI
M. P.

77.

In quadrivio S. Auguſtini.

In via, quae ducit ad S. Salvatoris eccleſiam.

PAVLO III.
PONT. OPT.
MAX.

78.

S. Spiritus in Saxia.

In aula praeceptoris.

PAVLO III. FARN. ROM. P. M.
PROVENTVVM EX PERMVTATIONE
AGRORVM POLYDORI ET ALIORVM
NON SINE LOCI HVIVS FRVGI COM
PENDIO FACTA AVCTORI PRÆSEN
TISS

79.

In Regione Montium.

In angulo domus mulierum Mendicantium.

PAVLVS . III.
PONT. MAX.

80.

In Aventino.

In angulo propugnaculi a ſe erecti.

PAVLVS . III.
PONT. MAX.

In

81.

In Vaticano.

In aula regia.

AVLA HAEC PAVLI III. IVSSV ORNARI
COEPTA ET PIORVM POSTEA QVARTI
AC QVINTI STVDIO AVCTA ANNO
GREGORII XIII. PRIMO AD FINEM
PERDVCTA EST MDLXXIII.

82.

S. Petri in Vaticano.

In urna magnificentiſſimi ſepulcri cum aenea imagine ſedente.

PAVLO III.
FARNESIO PONT.
OPT. MAX.

URBANI VII.

A. C. MDXC.

83.

S. Mariae ſupra Minervam.

Sepulcrum cum ſtatua jacente.

D. O. M.
VRBANO . VII.
CHRISTIANAE . REIPVBLICAE . BONO . NATO
CVI . QVICQVID . IN . EGREGIVM . HOMINEM . LAVDIS . DICI . POTEST
FVIT . BENEFICIO . NATVRAE . COLLATVM
AD . SVMMI . PONTIFICATVS . APICEM . EO . TARDIVS : EVECTO
QVO . CELERIVS . INVIDA . MORTE . PRAEREPTO
INCONSOLABILI . VRBIS . ET . ORBIS . MOERORE
AETAT. AN. LXX. PONTIF. DIE . XII.
ARCHICONFRATERNITAS . SANCTISSIMAE : ANNVNTIATAE
OB . AMPLIFICATOS . SINE . EXEMPLO . REDDITVS

IN . PAVPERVM . VIRGINVM . DOTES . EROGANDOS
HAERES . EX . ASSE . PROTECTORI . MVNIFICENTISSIMO
MVNVS . SINGVLARI . RELIGIONE . DEBITVM
DEDICAVIT

84.

S. Auguſtini.

In ſacello S. Joſephi, in pariete.

SACELLVM . HOC
AB . VRBANO . VII. P. M. FVNDATVM . AC . DOTATVM
HEREDES . FABRITII . CARD. VERALLI . SIBI . POSTERISQ. SVIS
VRBANI . VIII. P. M. BENEFICIO
ACCEPERE . AB . ARCHICONFR. B. V. ANNVNCIATAE
EIVSDEM . VRBANI . VII. HEREDE
ASSIGNATIS. PRAETEREA.TRIBVS. MONTIVM.NON.VACABILIVM.LOCIS
AD . SACELLI . CVLTVM

85.

Ibidem.

VRBANO . VII. PONT. MAX.
BREVIS IMPERII PRINCIPI
SED MEMORIAE DIVTVRNAE
ILLVD FORTVNAE FVERIT
HOC ERIT VIRTVTIS

86.

In fronte domus ſodalitatis Annuntiatae.

VRBANO . VII. P. MAX.
SODAL. ANNVNTIATAE
PATRONO
OPTIME MERITO

PAULI V.

A. C. MDCV.

87.

In baſilica Liberiana.

In exteriori latere ad Occidentem.

PAVLVS V. P. M.
A. SAL. M. DCV.

Ibidem

88.

Ibidem.

Ad Orientem.

PAVLVS V. PONT. MAX.
PONTIF. SVI
AN. I. SAL. MDCV.

89.

In bibliotheca Vaticana.

Depicta in pariete.

PAVLVS. V. PONT. MAX. TRIA. PEDITVM. MILLIA. RODVLPHO
IMPERATORI. ELECTO. SVBSIDIVM. ADVERSVS. TVRCAS
PONTIFICII. AERARII. SVMPTIBVS. IN. GERMANIA
CONSCRIBI. IVBET
CIↃ. IↃ. C. V. PONTIFIC. I.

90.

S. Helenae.

In pariete.

PAVLVS PAPA V.
DILECTI FILY SALVTEM ET APLICAM BENEM. PIAS CHRISTI
FIDELIVM SOCIETATES AD CHARITATIS OPERA EXERCENDA
CANONICE INSTITVTAS VT IN EORVMDEM OPERVM EXERCITIO
MAGIS CONFOVEANTVR SPALIBVS FAVORIBVS ET GRATIIS LIBEN
TER PROSEQVIMVR PROVT IN DNO SALVBRITER CONSPICIMVS
EXPEDIRE. PROINDE VRAM CONFRATERNITATEM SPECIALIS GRÆ
FAVORE BENIGNE PROSEQVI VOLETES AC VOS ET VRVM QVEMLIBET
A QVIBVSVIS EXCOIS SVSPENSIONIS ET INTERDICTI ALISQ ECCLE
SIASTICIS SENTENEIIS (ſic) COENSVRIS ET POENIS A IVRE VEL AB
HOMINE QVAVIS OCCONE VEL (ſic) CALATIS SI QVIBVS QVOLT IN-
NODA TI

TI EXISTITIS AD EFFV PNTIVM DVMTAXAT CONSEQVENDV HA
RVM SERIE ABSOLVENTES ET ABSOLVTOS FORE CENSENTES SV
PPLICATIONIBVS VRO NOIE HVMILR PORRECTIS INCLINATI VOBIS V
RÆQ CONFRATERNITATI, VT SINGVLIS ANNIS IN FESTO S.HELENÆ
VNV REV QVEM PETIERITIS ET A DILECTO FILIO NRO ET PRO TEM
PORE EXNTE ALMÆ VRBIS NRÆ GVBERNATORE OBTINVERITIS, CAPI-
TALI POENA PRÆTERQVA OCCONE CRIMINIS LAESAE MÆSTA-
TIS (ſic) FALSIFI
CATIONIS MONETÆ AVT LRARVM APLICAR ASSASSINII AVT SA-
CRILEGII
DANATV LIBERARE ET ABSOLVERE DVMMODO TN PACEM AB OF-
FENSIS
HABVERIT, LIBERE ET LICITE VALEATIS AVCTE APLICA TENORE
PRÆS
ENTIVM FACVLTATEM ET AVCTEM CONCEDIMVS. MANDANTES
PROTE
REA EIDEM NVNC ET PRO TEMPORE EXNTI DICTÆ VRBIS GV-
BERNATORI
VT SINGVLIS ANNIS IN PERPETVV VOBIS VNV EX HMOI PÆNA CA-
PITALI
DAMNATIS LIBERVM DIMITTAT ET CONCEDAT IPSVMQ PER VOS
PRO TEMPORE LIBERATV AB OMNI POENA CAPITALI EO IPSO AB
SOLVTV AC AD PATRIAM, FAMAM GRADVS HONORES, ET BONA
QVÆCVMQ PRÆTERQ FISCO INCORPORATA PLENARIE RESTITVTV
ET REINTEGRATVM ESSE, ET CENSERI NEC ILLVM SVPER PRÆTERI-
TIS DELICTIS ET EXCESSIBVS VLTERIVS MOLESTARI VEL PERTVR-
BARI
POSSE DECERNIMVS ET DECLARAMVS NON OBSTANTIBVS QVIBVSVIS
CONSTITVTIONIBVS ET ORDINATIONIBVS APLICIS CÆTERISQ
CONTRARIIS QVIBVSCVMQ DATVM ROMAE APVD S. PE
TRVM SVB ANNVLO PISCATORIS DIE XIX. IANVARII
MDCVI. PONTVS NRI ANNO PRIMO

A TERGO

DILECTIS FILIIS CONFRIBVS CONFRATERNITATIS S. HE
LENÆ DE VRBE. M. VESTRIVS BARBIANVS
LOCO ANNVLI PISCATORIS

SS. Qui-

91.

SS. Quirici & Julitae.

In fronte eccleſiae.

PAVLVS V. PONT. MAX.
ECCLESIAM HANC TITVLO VACANTE
EX DEPRESSIORI LOCO ET AQVARVM
INVNDATIONIBVS EXPOSITO
IACTIS FORNICIBVS STRATO PAVIMENTO
IN ALTIOREM
MELIOREMQVE FORMAM RESTITVIT
ANNO SAL. HVM. M. D. CVI. PONT. I.

92.

In cryptis Vaticanis.

In pariete.

ANTIQVISSIMA HAEC SANCTISS. CRVCIFIXI
IMAGO AENEA QVAE IN SVMMITATE CIBORII
SACROSANCTI SVDARII A IOHANNE PAPA VII.
ANTE NONINGENTOS ANNOS IN SVO SACELLO
EXTRVCTI COLLOCATA ERAT IN DEMOLITIONE
SVB PAVLO V. PONT. MAX. VETERIS TEMPLI
PIE SERVATA HIC POSITA EST
ANNO DOMINI M. DC. VI.

93.

In palatio Vaticano.

Supra januam atrii nuncupati Belvedere.

PAVLVS . V.
PONT. MAX.
ANNO . II.

94.

Ibidem.

Supra primam hortorum januam.

PAVLVS. V.

PONT. MAX.

AN. III.

95.

Ibidem.

Supra alteram januam.

PAVLVS: V.

PONT. MAX.

AN. III.

96.

In bibliotheca Vaticana.

In pariete.

PAVLVS. PP. V.

AD. PERPETVAM. REI. MEMORIAM

ALIAS. FELICIS. RECORDATIONIS. CLEMENS. PAPA. VIII. PRAEDECESSOR. NOSTER. OFFICIO. S. R. E. BIBLIOTHECARII

QVOD. BONAE. MEMORIAE. CAESAR. TIT. SS. NEREI. ET. ACHILLEI. PRESB. CARDINALIS. BARONIVS. NVNCVPATVS

S.R.E. BIBLIOTHECARIVS. TVNC. IN. HVMANIS. AGENS. OBTINEBAT. DE. ALIQVO. SVBVENTIONIS. AVXILIO. PROVIDERE. VOLENS

MOTV. EIVS. PROPRIO. MONASTERIVM. ABBATIAM. NVNCVPATVM. SANCTAE. MARIAE. DE. VENTICANO

SANCTI. BENEDICTI. VEL. ALTERIVS. ORDINIS. BENEVENTANAE. DIOECESIS

ILLIVS. COMMENDA. TVNC. PER. OBITVM. QVONDAM. IACOBI. DE. LEO. DEFVNCTI. CESSANTE

ADHVC. EO. QVO. ANTE. COMMENDAM. IPSAM. VACABAT. MODO. VACANS. CVM. ANNEXIS. IVRIBVS. ET. PERTINENTIIS. SVIS

PRAEDICTO. OFFICIO. ITA. QVOD. LICERET. DICTO. CAESARI. CARD. ET. PRO. TEMPORE. EXISTENTI. S. R. E. BIBLIOTHECARIO

PRO

PRO . EIVS . COMMODIORI . MANVTENTIONE . AC . ONERVM . DICTI . OFFICII . SVPPORTATIONE . CORPORALEM . REALEM

ET . ACTVALEM . POSSESSIONEM . MONASTERII . ET . ANNEXORVM . IVRIVM . QVE . ET . PERTINENTIARVM . PRAEDICTORVM

PER . SE . VEL . ALIVM . SEV . ALIOS . EIVS . AC . DICTAE . BIBLIOTHECAE . NOMINIBVS

PROPRIA . AVCTORITATE . LIBERE . APPREHENDERE . ET . APPREHENSAM . PERPETVO . RETINERE

NEC . NON . MONASTERII . ET . ANNEXORVM . HVIVSMODI . FRVCTVS . REDDITVS . ET . PROVENTVS . IVRAQ. OBVENTIONES

ET . EMOLVMENTA . PERCIPERE . AC . IN . SVOS . ET . DICTAE . BIBLIOTHECAE . VSVS . VTILITATEM . ET . NECESSITATES . CONVERTERE

CVIVSVIS . LICENTIA . DESVPER . MINIME . REQVISITA . APOSTOLICA . AVCTORITATE . PERPETVO . VNIVIT . ANNEXVIT

ET . INCORPORAVIT . PROVT . IN . LITTERIS . APOSTOLICIS . DESVPER . CONFECTIS . QVARVM . TENOREM

PRAESENTIBVS . PRO . EXPRESSO . HABERI . VOLVMVS . PLENIVS CONTINETVR

CVM . AVTEM . OFFICIVM . PRAEDICTVM . PER . OBITVM . DICTI . CAESARIS . CARDINALIS . QVI . HODIE . SEV . NVPER

APVD . SEDEM . APOSTOLICAM . DEBITVM . NATVRAE . PERSOLVIT . VACAVERIT . ET . VACET . AD . PRAESENS

NOS . SVMPTIB. ET . EXPENSIS. QVI . QVOTIDIE . IN . DICTA . BIBLIOTHECA . FIERI . SOLENT . ALIQVA . RATIONE . CONSVLERE . CVPIENTES.

AC . DICTI . MONASTERII . FRVCTVVM . REDDITVVM . ET . PROVENTVVM . VERVM . ANNVVM . VALOREM

SECVNDVM . COMMVNEM . AESTIMATIONEM . ALIARVMQ. VNIONVM . DICTAE . BIBLIOTH. FORSAN . HACTENVS . FACTARVM

TENORES . PRAESENTIBVS . ETIAM . PRO . EXPRESSIS . HABENTES

MOTV. SIMILI. AC. EX. CERTA. SCIENTIA. NOSTRA. DEQVE. APOSTOLICAE. POTESTATIS. PLENITVDINE

OMNIA. ET. SINGVLA. MONASTERII. ET. ANNEXORVM. HVIVSMODI. FRVCTVS. REDDITVS. PROVENTVS. IVRA. OBVENTIONES

ET. EMOLVMENTA. IN. QVIBVSVIS. REBVS. CONSISTENTIA. ET. VNDECVMQVE. PROVENIENTIA

PRAEVIA. ILLORVM. SEPARATIONE. ET. DISMEMBRATIONE. A. DICTO. OFFICIO

PRAEDICTAE. BIBLIOTHECAE. AC. ILLIVS. SVMPTIBVS. ET. EXPENSIS. NON. AVTEM. ILLIVS. BIBLIOTHECARIO

DESTINATA. ET. APPLICATA. ESSE. ET. CENSERI. DECERNIMVS. ET. DECLARAMVS. PROVT. QVATENVS. OPVS. SIT

MOTV. ET. AVCTORITATE. PARIBVS. EX. NVNC. TENORE. PRAESENTIVM. APPLICAMVS. ET. APPROPRIAMVS

ITA. QVOD. FVTVRI. S. R. E. BIBLIOTHECARII. IN. PERCEPTIONE. FRVCTVVM. REDDITVVM. PROVENTVVM

ET. EMOLVMENTORVM. HVIVSMODI. NISI. AD. COMMODVM. ET. VTILITATEM. BIBLIOTHECAE

AC. EXPENSARVM. HVIVSMODI. SESE. QVOQVOMODO. INGERERE. NON. POSSINT. NEC. VALEANT

SED. IPSI. TANTVMMODO. NVDI. ADMINISTRATORES. FRVCTVVM. REDDITVVM. PROVENTVVM

ET. EMOLVMENTORVM. AC. ALIORVM. BONORVM. DICTI. MONASTERII. SINT. ET. ESSE. CENSEANTVR

DECERNENTES. PRAESENTES. LITTERAS. ETIAM. EX. EO. QVOD. DICTVM. OFFICIVM. LEGITIMO. CAREAT. DEFENSORE

ET. QVICVMQ. IN. PRAEMISSIS. INTERESSE. HABENTES. VEL. HABERE. PRAETENDENTES. ILLIS. NON. CONSENSERINT

ET. AD. EA. VOCATI. ET. CAVSAE. PROPTER. QVAS. EMANARINT. VERIFICATAE. SEV. IVSTIFICATAE. NON. FVERINT

AVT

AVT . EX . QVOCVMQVE . ALIO . CAPITE . VEL . CAVSA . QVANTVM-
VIS . LEGITIMA . ET . IVRIDICA

DE . SVBREPTIONIS . VEL . OBREPTIONIS . VITIO . IMPVGNARI . RE-
TRACTARI . ANNVLLARI . INVALIDARI

SEV . IN . IVS . AVT . CONTROVERSIAM . VOCARI . AD . VIAM . ET .
TERMINOS . IVRIS . REDVCI

AVT . ADVERSVS . ILLAS . QVOCVMQVE . IVRIS . GRATIAE . VEL .
FACTI . REMEDIVM . IMPETRARI . VEL . CONCEDI

NVLLATENVS . VMQVAM . POSSE . SED . ILLAS . SEMPER . ET . PER-
PETVO . VALIDAS . ET . EFFICACES . EXISTERE . ET . FORE

SVOSQ. PLENARIOS . ET . INTEGROS . EFFECTVS . SORTIRI . ET .
OBTINERE . AC . ITA . PER . QVOSCVMQ. IVDICES . ORDINARIOS

ET . DELEGATOS . ETIAM . CAVSARVM . PALATII . APOSTOLICI . AV-
DITORES . AC . S. R. E. CARDINALES . ETIAM . DE . LATERE . LEGATOS

SVBLATA . EIS . ET . EORVM . CVILIBET . QVAVIS . ALITER . IVDI-
CANDI . ET . INTERPRETANDI . FACVLTATE . ET . AVCTORITATE

IVDICARI . ET . DEFINIRI . DEBERE . AC . IRRITVM . ET . INANE .
QVIDQVID . SECVS . SVPER . HIS . A . QVOQVAM

QVAVIS . AVCTORITATE . SCIENTER . VEL . IGNORANTER . CONTI-
GERIT . ATTENTARI

INHIBENTES . PRO . TEMPORE . EXISTENTI . BIBLIOTHECARIO
PRAEDICTO . NE . IN . PERCEPTIONE . FRVCTVVM . REDDITVVM

PROVENTVVM . ET . EMOLVMENTORVM . PRAEDICTORVM . AC .
ALIORVM . IVRIVM . DICTI . MONASTERII

IN . ALIOS . QVAM . VSVS . PRAEDICTOS . SE . IMMISCERE . AVDEAT
SEV . QVOQVO . MODO . PRAESVMAT

NON . OBSTANTIB. PRAEMISSIS . AC . NOSTRIS . DE . NON . TOLLEN-
DO . IVRE . QVAESITO . ET . VNIONIB. COMMITTENDIS . AD . PARTES

VOCATIS . QVORVM . INTEREST . AC . LATERANENSIS . CONCILII .
NOVISSIME . CELEBRATI VNIO-

VNIONES . PERPETVAS . NISI . IN . CASIBVS . A . IVRE . PERMISSIS . FIERI . PROHIBENTIS . ALIISQVE . CONSTITVTIONIBVS

ET . ORDINATIONIBVS . APOSTOLICIS . NEC . NON . MONASTERII . AC . BIBLIOTHECAE . HVIVSMODI . IVRAMENTO

CONFIRMATIONE . APOSTOLICA . VEL . QVAVIS . FIRMITATE . ALIA . ROBORATIS . STATVTIS . ET CONSVETVDINIBVS

PRIVILEGIIS . QVOQ. INDVLTIS . ET . LITTERIS . APOSTOLICIS : ILLIS . AC . DICTO . BIBLIOTHECARIO . ALIISQ. SVPERIORIBVS

ET . PERSONIS . SVB . QVIBVSCVMQ. TENORIB. ET . FORMIS . AC . CVM . QVIBVSVIS . ETIAM . DEROGATORIAR. DEROGATORIIS

ALIISQVE . EFFICACIORIBVS . ET . INSOLITIS . CLAVSVLIS . IRRITANTIBVSQVE . ALIIS . DECRETIS . ETIAM . MOTV . PARI

ET . CONSISTORIALITER . AC . ALIAS . IN . CONTRARIVM . FORSAN . QVOMODOLIBET . CONCESSIS . CONFIRMATIS . ET . APPROBATIS

QVIBVS . OMNIB. ET . SINGVLIS . ETIAM . SI . DE. ILLIS . EORVMQ. TOTIS . TENORIBVS . SPECIALIS . SPECIFICA . ET . INDIVIDVA

NON . AVTEM . PER . CLAVSVLAS . GENERALES . IDEM . IMPORTANTES . MENTIO . SEV . ALIA . EXPRESSIO . HABENDA . FORET

TENORES . HVIVSMODI . PRAESENTIBVS . PRO . PLENE . ET . SVFFICIENTER . EXPRESSIS . HABENTES

ILLIS . ALIAS . IN . SVO . ROBORE . PERMANSVRIS . HAC . VICE . DVMTAXAT . SPECIALITER . ET . EXPRESSE

MOTV . SIMILI . DEROGAMVS . CAETERISQVE . CONTRARIIS . QVIBVSCVMQVE

VOLVMVS . AVTEM . VT . PECVNIAE . OMNES . EX . DICTO . MONASTERIO . QVOMODOLIBET . PROVENIENTES

PENES . DEPOSITARIVM . CAMERAE . NOSTRAE . APOSTOLICAE . DEPONANTVR . ET . INDE . NON . AMOVEANTVR

NISI . AD . EFFECTVM . ILLAS . IN . VSVS . SVMPTVS . EXPENSAS . ET . NECESSITATES . DICTAE . BIBLIOTHECAE

NON

NON. AVTEM. ILLIVS. BIBLIOTHECARII. REALITER. ET. CVM. EFFECTV. CONVERTENDI. IVXTA. TAMEN. MANDATA

AB. EODEM. BIBLIOTHECARIO. SEV. AB. EO. DEPVTANDO. SVBSCRIBENDA

DATVM. ROMAE. APVD. SANCTVM. MARCVM. SVB. ANVLO. PISCATORIS. DIE. I. IVLII. MDCVII.

PONTIFICATVS. NOSTRI. ANNO. III.

SCIPIO. COBELLVTIVS

97.

Ibidem.

In fronte bibliothecae Paulinae.

PAVLVS. V. PONT. MAX. ANNO. IIII.

98.

Ibidem.

Depicta in pariete.

PAVLVS. V. PONT. MAX. FRANCISCAM. ROMANAM
IN. NVMERVM. SANCTARVM. REFERT
ANNO. CIϽIϽCIIX. PONTIFIC. IV.

99.

Ibidem.

PAVLVS. V. PONT. MAX. ANTONIVM. EMMA
NVELEM. ALVARI. REGIS. CONGI. LEGATVM
EX. LONGO. ET. DIFFICILI. ITINERE. ÆGROTANTEM
IN. VATICANO. EXCEPIT. PAVCISQVE. POST. DIEBVS
MORTI. PROXIMVM. INVISIT. AN. CIϽIϽIIX.
PONTIFIC. IV.

S. Jo-

100.

In baſilica Liberiana.

In ſacrarii veſtibulo, ſub protome e Lydio marmore.

MARCHIONI ANTONIO NIGRITAE
REGIO CONGI ORATORI
QVEM PAVLVS V. NONDVM PERACTA LEGATIONE
IN VATICANO MORTVVM
IN EXQVILIIS FVNERAVIT
VRBANVS OCTAVVS
QVI PRIMVS ROMANORVM PONTIFICVM
A REGIBVS CONGI
PER ORATOREM IOANNEM BAPTISTAM VIVES
SOLEMNE CHRISTIANAE OBEDIENTIAE
IVRAMENTVM EXCEPIT
SEPVLCHRVM EXTRVXIT
PONTIFICIAE CHARITATIS MONVMENTVM
AN. DOM. MDCXXIX. PONT. VI.

101.

S. Johannis in Laterano.

In porticu, ſub aeneo ſimulacro.

PAVLO V. PONTIFICE MAXIMO SEDENTE
HENRICO IIII. FRANCORVM ET NAVARRORVM
REGI CHRISTIANISSIMO
PIETATE ALTERI CLODOVEO
VARIETATE PRAELIORVM CAROLO MAGNO
AMPLIFICANDAE STVDIO RELIGIONIS
SANCTO LVDOVICO GENERIS PROPAGATORI
STATVAM HANC AENEAM
SACROSANCTAE LATERANENSIS BASILICAE
CAPITVLVM ET CANONICI

CRA-

GRATI ANIMI MONVMENTVM
COLLOCANDAM CVRARVNT
CAROLO DENEVFVILLED DHALINCOVRT
REGIO ORATORE ANNO CIↃIↃCVIII.

102.

In cryptis Vaticanis.

EXEMPLVM . ORATORII . DEI . GENITRICIS
MARIAE . VIRG. IN . VETERI . BASIL. CVM
CIBORIO . SS. SVDARII . VARIIS . HISTORIIS
IESV . CHRISTI . ET B. PETRI . VERMICVLATI
OPERIS . MIRIFICE . DECORATI . A . IOANNE
PAPA . VII. HIC . ET . IN . ARCHIVO . HVIVS
BASIL. PAVLI . V. P. M. IVSSV.
ASSERVATVR. AN. M. DC. IX.

103.

In hortis Vaticanis.

Ad fontem.

PAVLVS . V. PONTIFEX . MAXIMVS
AD . AVGENDVM . PALATII . PROSPECTVS
ET . HORTORVM . DECOREM
FIERI . IVSSIT . PONT. ANNO . IV.

104.

In palatio Vaticano.

Supra ſecretariae januam.

SECRETARIA . APOSTOLICA
PAVLI . V. PONTIFICIS . MAX.

PROVIDENTIA
OPPORTVNIORIBVS . SEDIBVS . CONLOCATA
AEDIFICIO . AVCTA . INSTRVCTA . ET . ORNATA
PONTIFICATVS . ANNO . V.

105.

In bibliotheca Vaticana.

Depicta in pariete.

PAVLVS . V. PONT. MAX. HORREA . A . GREGORIO
XIII. AD. DIOCLETIANI . THERMAS . EXTRVCTA
NOVA . HORREORVM . ÆDIFICATIONE . AMPLIFICAVIT
AN. CIƆ. IƆ. C. IX. PONTIFIC. V.

106.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX. ALI, GOLI . BEK . MORDAR
XA . ABBAS . REGIS . PERSARVM . LEGATVM . AD . PEDVM .
OSCVLVM . ADMISIT . ANNO . CIƆ. IƆCIX.
PONTIFIC. V.

107.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX. PALATIVM . VATICANVM . MVLTIS
PARTIBVS . INSTAVRATVM . AMPLIFICATVMQVE
IN . MELIOREM . STATVM . REDEGIT
CIƆ. IƆ. C. IX. PONTIFIC. V.

108.

Ad thermas Diocletiani.

PAVLVS. V. PONT. MAX.
ADVERSVS . MAIORES . ANNONAE
DIFFICVLTATES . MAIORA . SVBSIDIA
PRAEPARANS . NOVA . HAEC . HORREA
VETERIBVS . ADIECIT . ANN. M. DC. IX.
PONTIF. SVI . V.

109.

Extra portam Aureliam.

In facie arcùs, quae Romam reſpicit.

PAVLVS . V. ROM. PONT. OPT. MAX.
AQVAEDVCTVS
AB . AVG. CAES. EXTRVCTOS
AEVI . LONGINQVA . VETVSTATE
COLLAPSOS
IN . AMPLIOREM . FORMAM . RESTITVIT
ANN. SAL. MDCIX. PONT. V.

110.

Ibidem.

In altera ejuſdem arcùs facie.

PAVLVS . V. ROM. PONT. OPT. MAX.
PRIORI . DVCTV
LONGISSIMI . TEMPORIS . INIVRIA
PLANE . DIRVTO
SVBLIMIOREM . FIRMIOREMQVE
A . FVNDAMENTIS . EXTRVXIT
ANN. SAL. MDCIX. PONT. V.

111.

In theatro Vaticano.

Ad fontem.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
CRATEREM . LOCO . DEIECTVM
QVO . IVLIVS . II. ERVTVM
E . RVINIS . THERM. TITI . VESP.
CONSTITVERAT
RENOVATA . EXORNATAQ. BASI
RESTITVIT . PONTIF. ANN. V.

112.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
CRATEREM . ANNIS . AMPLIVS . XL.
TERRA . OBRVTVM
AD . HVIVS . AMPLISSIMI . THEATRI
VETVS . ORNAMENTVM
EFFODIENDVM . ERIGENDVMQ.
MANDAVIT . PONTIF. ANN. V.

113.

In palatio Vaticano.

Supra januam majoris aulae Paulinae.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
ANNO . SALVTIS
MDCX
PONTIF. V.

114.

Ibidem.

Supra portam lateralem.

PAVLVS . V. PONT. MAX.

115.

In Quirinali.

Supra portam atrii vulgò della Panettaria.

PAVLVS . V.
PONT. MAX.
A. SAL. MDCX.

116.

In bibliotheca Vaticana.

Depicta in pariete.

PAVLVS . V. PONT. MAX. AQVAM . IN . AGRO
BRACCIANENSI . COLLECTAM . VETERI
BVS . DVCTIBVS . RESTITVTIS . NOVISQVE
ADDITIS . TRIGESIMO . TERTIO . AB . MILLI
ARIO . ROMAM . PERDVXIT . AN. CIϽIϽCX.
PONTIFIC. V.

117.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX. LINGVAM . HEBRAICAM
GRÆCAM . LATINAM . ET . ARABICAM : IN . SCHOLIS
REGVLARIVM . AD . CATHOLICÆ . FIDEI . VTILITATEM
DOCERI . PRÆCIPIT . AN. M. CIϽ. IϽ. C. X. PONTIFIC. VI.

Ibidem

118.

Ibidem.

PAVLVS; V. PONT. MAX. CAROLVM. BORROMÆVM. S. R. E.
CARDINALEM. SANCTORVM. NVMERO. AD
SCRIBIT. ANNO. CIↃIↃX. PONTIFIC. VI.

119.

Ibidem.

PAVLVS. V. PONT. MAX. SACELLVM. ET
SACRARIVM. SANCTÆ. MARIÆ. AD. PRÆ
SEPE. A. FVNDAMENTIS. FECIT. ANNO
CIↃIↃCX. PONTIFIC. VI.

120.

Ibidem.

PAVLVS. V. PONT. MAX. CENTVMCELLARVM
PORTVM. INSTAVRAVIT. ÆDES. FRVMENTIS
MERCIBVSQVE. RECONDENDIS. EXTRVXIT
AN. CIↃ. IↃ. C. X. PONTIFIC. VI.

121.

Ibidem.

PAVLVS. V. PONT. MAX. PALA
TIO. QVIRINALI. MAGNA. PAR
TE. A. SE. AVCTO. SVPREMAM
MANVM. IMPOSVIT. AN. CIↃ.IↃCX.
PONTIFIC. VI.

In

122.

In palatio Quirinali.

In interiori ſacello.

SANCTISS. MARIAE . VIRGINIS
ANNVNCIATIONI
PAVLVS . V. PONT. MAXIMVS
ANNO . DOMINI . M. DC. X. PONT. SVI VI.
DICAVIT

123.

Ibidem.

In atrio vulgo della Panettaria.

PAVLVS . V.
PONT. MAX.
A. SAL. M. DC. X.
PONT. SVI . VI.

124.

Ibidem.

Prope majorem aulam.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
PALATIVM . QVIRINALE
HAC . PARTE
A . FVNDAMENTIS . EXTRVCTA
AMPLIFICAVIT
ANNO . DOMINI . MDCX.
PONTIFIC. SVI . VI.

125.

In bibliotheca Vaticana.

Depicta in pariete.

PAVLVS . V. PONT. MAX. BASILICAM
S.PETRI. AMPLIFICAVIT. FRONTEM. PORTICVMQVE. EXTRVXIT. ANNO
CIↃ. IↃCXI. PONTIFIC. VI.

126.

In palatio Quirinali.

In camino prioris aulae.

PAVLVS . V. *Aquila ex* PONT. MAX.
ANN. MDCXI. *anaglypho* PONTIF. VI.

Ibidem

127.

Ibidem.

In camino alterius aulae.

PAVLVS . V. PONTIFEX . MAXIMVS
ANNO . MDCXI. PONTIFIC. VI.

128.

In baſilica Liberiana.

In Burghesiani ſacelli fronte ad Occidentem.

SANCTAE . VIRGINI
DEI . GENITRICI
MARIAE
PAVLVS . PAPA . V.
HVMILIS . SERVVS
SACELLVM
OBTVLIT
AN. SAL. MDCXI.
PONTIFICATVS
SEXTO

129.

Ibidem.

In eodem ſacello, in gyro ſtemmatis Pontificis.

PAVLVS . QVINTVS . PONT. MAX. AN.
SAL. MDCXI. PONT. VI.

130.

Ibidem.

In ſacello Burghesiano in cornu dextro.

IN . HONOREM
SANCTI . CAROLI
PAVLVS.PAPA.V.A.PONT.SEXTO

131.

Ibidem.

In cornu ſiniſtro.

IN . HONOREM
S. FRANCISCAE
PAVLVS.V.PONT.MAX.A.S.MDCXI.

Ibidem

132.

Ibidem.

In exteriori fronte ad Meridiem.

PAVLVS V. PONT. MAX.
CELEBERRIMAM
DEI GENETRICIS
IMAGINEM
EX MEDIA BASILICA
IN SPLENDIDIOREM
SEDEM
A FVNDAMENTIS
EXTRVCTAM
TRANSTVLIT
A. PONTIFICATVS . VI.

133.

In regione Campitelli.

Supra portam, quae ducit ad regionem Hebraeorum.

PAVLVS . V. PONT. MAXIMVS . A. VI.

134.

In palatio Quirinali.

In atrio ſupra januas.

PAVLVS . V.
PONT. MAX. A. VI.

135.

In bibliotheca Vaticana.

Depicta in pariete.

PAVLVS . V. PONT. MAX. HORTOS . VATICANOS
FONTIBVS . AQVÆ . SALVBERRIMÆ . ADDITIS
AMOENIORES . FECIT
AN. CIƆ. IƆ. C. XI. PONTIFIC. VII.

136.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX. VRBIS . TRIBVNALIA
IN . MELIOREM . STATVM . RESTITVI . MANDAT
AN. CIƆ. IƆ. C. XI. PONTIFIC. VII.

137.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX. DEXTERO . TIBERIS . LATERE . IN
NOVVM . ALVEVM . DVCTO . EIVSQVE . FAVCIBVS . LABORIOSO
OPERE . LONGE . INTRA . MARE . PORRECTO . VTRINQVE
MVNITIS . TVTVM . NAVIGIIS . ADITVM . PRAEBVIT
AN. CIↃ.IↃ.C.XI. PONTIFIC. VII.

138.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX. ARCEM . A . CLEMENTE . VIII.
FERRARIÆ . AD . SECVRITATEM . DITIONIS . FERRARIENSIS
BONONIENSIS . AC . FLAMINIÆ . DESTINATAM . A . FVNDAMENTIS
ÆDIFICANDAM . CVRAVIT . AN. CIↃ. IↃ. C. XI.
PONTIFIC. VII.

139.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX. BIBLIOTHECAM . VATICANAM
OPTIMIS . CODICIBVS . MANVSCRIPTIS . GRÆCIS
LATINIS . QVE . AVGET . AN. CIↃ. IↃ. C. XI.
PONTIFIC. VII.

140.

In Quirinali.

A collis radices.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
AD . QVIRINALE . A . SE . AVCTVM
ORNATVMQ.
VIAM . MOLLITO . CLIVO
DILATAVIT . ATQ. DIREXIT
ANNO . SAL. MDC. XI. PONT. VII.

S. Fran-

141.

S. Franciſci ad Ripam.

In pariete exteriori.

PAVLO. V. PONT. OPT. MAX.
QVOD VRBEM AVGVSTISSIMIS TEMPLIS
ET AEDIFICIIS ILLVSTRAVERIT
TRANSTYBERINAM REGIONEM VBERRIMIS
RIVIS EX AGRO BRACHIAÑO
SVPRA IANICVLVM DVCTIS
IRRIGAVERIT
NOXIIS OLERVM HORTIS IN POMARIA
DOMOSQVE DISTRIBVTIS
CAELO SALVBRITATEM REDDIDERIT
PRIVATORVMQVE CENSVM AVXERIT
VIIS QVA APERTIS QVA AMPLIFICATIS DIRECTISQVE
INSIGNIA SS. BENEDICTI ET FRANCISCI
MONASTERIA
PORTAMQVE PORTVENSEM IN NOBILIOREM
PROSPECTVM DEDERIT
EXPEDITO VTROQVE FABRITII PONTIS ADITV
ET SCALIS AD TYBERIS ALVEVM DEDVCTIS
CIVIVM PEREGRINORVM NAVTARVM
COMMODIS CONSVLVERIT
S. P. Q. R.
PVBLICIS AD DEVM VOTIS ATQVE MVNERIBVS
FOELICITATEM PRECATVR.
PAVLO ALBERINO
TIBERIO ANIBALDENSI DE MOLARIA COSSS.
PAVLO BRVNO
LVDOVICO GABRIELIO CAP. REG. PRIORE
ALEXANDRO MVTO LAVRENTIO ALTERIO
AEDD. CVRR. M.DC.XI.

142.

Ad pontem Fabricium.

PAVLVS . V.
PONT. MAX.
ANNO . SALVTIS
M. DC. XI.

143.

In fronte baſilicae Vaticanae.

IN . HONOREM . PRINCIPIS . APOST. PAVLVS . V. BVRGHESIVS . ROMANVS . PONT. MAX, AN. MDCXII. PONT. VII.

144.

In Capitolio.

In exteriori fronte palatii Senatoris ad Occidentem.

PAVLVS V. PONT. MAX
SVBSTRVCTIONES ARCVVM INTERIORVM
AD MOLEM CAPITOLINI PALATII SVSTINENDAM
SALE SVBESAS RIMOSAS ET RVINAM MINANTES
FIRMIVS ATQVE ELEGANTIVS RENOVARI
STABILIRI ET ORNARI IVSSIT
ANNO DNI MDCXII. PONT. SVI VII
GABRIELE FALCONIO SENATORE

145.

Ad Janiculi fontem.

PAVLVS . QVINTVS . PONTIFEX . MAXIMVS
AQVAM . IN . AGRO . BRACCIANENSI
SALVBERRIMIS . E . FONTIBVS . COLLECTAM
VETERIBVS . AQVAE . ALSIETINAE . DVCTIBVS . RESTITVTIS

NO-

NOVISQVE . ADDITIS
XXXV. AB . MILLIARIO . DVXIT
ANNO . DOMINI . MDCXII. PONTIFICATVS . SVI . SEPTIMO

146.

Ad thermas Diocletiani.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
HORREIS . VBERIORI . ANNONAE . BONO
AMPLISSIME . DILATATIS
MADEFACTIS . QVANDOQ. FRVMENTIS
AREAM . STRAVIT
SITIENTIBVS . AGRICOLIS . PVLVERVLENTISQ. BAIVLIS
FONTES . EDVXIT
ANNO . SAL. M.DC.XII. PONT. VII.

147.

In Quirinali.

Supra portam, quae reſpicit regionem Trivii.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
ANNO . SAL. M.DC.XII.
PONTIF. SVI . VIII.

148.

In baſilica Liberiana.

In ſacello Burgheſiano, ad dexteram.

DIVI CAROLI CARDINALIS BORROMEI
SACROSANCTAE HVIVS BASILICAE IAM ARCHIPRESBYTERI
ECCLESIAE DEINDE MEDIOLANENSIS ARCHIEPISCOPI
SANCTAE ITEM FRANCISCAE VIDVAE MATRONAEQ. ROMANAE
SANCTORVM FASTIS SOLEMNI RITV ADSCRIPTIS NOMINIBVS
PAVLVS V. PONT. MAX.
IN ADIVNCTA BVRGHESIORVM CAPELLA

EO-

EORVM IN HONOREM
DVO CVRAVIT CVM SVIS ALTARIBVS SACELLA CONSTRVI
QVORVM INTROEVNTIBVS DEXTERVM SANCTO CAROLO
SINISTRVM SANCTAE FRANCISCAE
SACRIS EORVMDEM ADPOSITIS RELIQVIIS ATQ. IMAGINIBVS
DICATVM VOLVIT
DEI AVTEM GLORIAE
NON SOLVM PER HONORABILEM SANCTORVM MEMORIAM
VERVM PER FIDELIVM ETIAM SANCTITATEM CONSVLTVM CVPIENS
VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS
RITE CONFESSIS AC SACRA COMMVNIONE REFECTIS
QVI S. QVIDEM CAROLI IN EIVS FESTO DIE IV. NOVEMBRIS
S. VERO FRANCISCAE ITEM IN EIVS FESTO DIE IX. MARTII
MEMORATA SACELLA DEVOTE VISITAVERINT IBIQ. DE ECCLESIAE MORE ORAVERINT
PLENARIAM OMNIVM PECCATORVM INDVLGENTIAM AC REMISSIONEM
APOSTOLICA AVCTORITATE
PERPETVO ET LIBERALITER IN DOMINO IMPERTIVIT

EX BREVI SVB DATVM ROMAE APVD SANCTAM MARIAM MAIOREM SVB ANNVLO PISCATORIS DIE XXVI. OCTOBRIS MDCXII. PONT. SVI A. VIII.

149.

S. Mariae Lauretanae.

In pariete.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
DIE . XVIII. MENSIS . AVGVSTI
ANNO . CIↃIↃCXII.
ET . PONTIFICATVS . SVI . VIII.
PRECIBVS . FERDINANDI
CARDINALIS . GONZAGHAE
PROTECTORIS
IN . PERPETVVM . CONCESSIT

VT . QVICVNQVE . SACERDOS
AD . HOC . SANCTISSIMI . CRVCIFIXI
ALTARE
SACRIFICIVM . FVNEBRE
ANIMAM . A . PVRGATORII . POENIS
LIBERAVERIT

150.

In Vaticano.

Prope fontem Cleopatrae.

PAVLVS . V. PONT. MAX
PALATII . VATICANI . MVLTIS . IN . LOCIS . INSTAVRATI
ATQVE . AMPLIFICATI . SPLENDOREM
HORTORVM . ADIACENTIVM . AMOENITATEM
PERENNI . SALVBRIS . AQVAE . COPIA
DE . SVO . NOMINE . NVNCVPATAE
REVOCAVIT . AVXIT
ANNO . DOM. MDCXIII.
PONTIFIC. VIII

151.

S. Mariae Majoris.

Ad laevam ſacelli Burgheſiani.

INSIGNEM HANC BVRGHESIORVM CAPELLAM
AB INDVCTO PER VETVSTATEM SQVALORE
EXCLMI PATRONI SVLMONENSIVM PRINCIPIS
IVSSV SVMPTVQ. LIBERALI
SVB ANNVM IVBILÆI MDCCL. VINDICATAM
ET PRIMÆVO NITORI RESTITVTAM
PAVLVS V. PONT. MAX.
IN HONOREM
SS. V. DEI GENITRICIS MARIÆ
MAGNIFICENTIA IMPENSAQ. SVA

A FVN-

A FVNDAMENTIS EXTRVXIT ORNAVITQVE
AC PERANTIQVAM
EIVSDEM DEI GENITRICIS IMAGINEM
A MAGNI IAM GREGORII TEMPORIBVS
IN HAC SACROSANCTA LIBERIANA BASILICA
FIDELIVM ACCESSV CVLTVQ. CELEBERRIMAM
VI. KAL. FEB. MDCXIII. PONT. SVI A. VIII.
IN EAM SOLEMNI POMPA TRANSFERRI
ET IN ARA MAXIMA LOCARI SERVARIQVE
MANDAVIT
PERENNEM VERO FACTI MEMORIAM
OFFICIIS DE B. V. BASILICÆ CLERO INDICTIS
ET QVOTANNIS
DOMINICA VLTIMA IANVARII PERAGENDIS
APVD POSTEROS VIGERE VOLVIT.
SPIRITVALIS DEMVM LIBERALITATIS
PONTIFICIAM IN PIOS OMNES MVNIFICENTIAM
EXTENDENS
VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS
VERE POENITENTIBVS ET CONFESSIS
ET SACRA COMMVNIONE REFECTIS
BASILICAM ET SACRAM IPSAM IMAGINEM
TAM EADEM DOMINICA VLTIMA IANVARII
QVAM ALIO QVOCVMQ. OCTAVÆ DIE
VISITANTIBVS IBIQ. DE ECCL. MORE ORANTIBVS
PLENARIAM OMNIVM PECCATORVM
INDVLGENTIAM ET REMISSIONEM
APOSTOLICA AVCTORITATE
PERPETVO IN DOMINO CONCESSIT

EX BREVI SVB DATVM ROMÆ APVD SANCTVM MARCVM
SVB ANNVLO PISCATORIS DIE XXV. MAII MDCXIII. PONT. A. VIII.

152.

Ad Sixti pontem.

Ad fontem.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
AQVAM . MVNIFICENTIA . SVA
IN . SVMMVM . IANICVLVM . PERDVCTAM
CITRA . TIBERYM . TOTIVS . VRBIS . VSVI
DEDVCENDAM . CVRAVIT
ANNO . DOMINI . MDCXIII
PONTIFICATVS . OCTAVO

153.

SS. Trinitatis Peregrinorum.

In pariete.

SEDENTE PAVLO QVINTO PONT. MAX.
IMAGINEM DEIPARAE VIRGINIS IN AEDIBVS CAPRANICENSIBVS
IN VIA VALLIS MVLTIS MIRACVLIS ANTIQVITVS CLARAM A PIO IV.
FOEL. RECOR. ARCHICONFRATERNITATI CONCESSAM EADEM ARCHI.
IN TEMPLVM HOC PRISCIS TEMPORIBVS SVB INVOCATIONE SANCTI
BENEDICTI CONSTRVCTVM NVNC SANCTISSIMÆ TRINITATI DICATVM
COLLOCAVIT
ARAMQ. SILVIAE DE SANIS ET IOSEPHI PIRMEI IVSSV EREXIT
ANNO . DOMINI . MDCXIII.
COSMO DE TORRES PROT. APOST. PRIMICERIO
IO. BAPT. BOLOGNETTO CVRTIO SERGARDO
HYERONIMO MIGNANELLO ET FANTINO TAGLIETTO CVSTODIBVS

154.

S. Franciſci ad Ripam.

Ad puteum in clauſtro.

PAVLI . V. PONT. OPT. MAX.
MVNIFICENTIA

SCIPIONIS . CARD. BVRGHESII . NEPOT.
LIBERALITATE
AD . SVBLEVANDVM . LOCVM . ISTVM
D. P. FRANC. HORTVM . NVNCVPATVM
AQVAE . PENVRIA . LABORANTEM
EXTRVCTA
ANNO . DOM. MDCXIII.

155.

In Archivo Vaticano.

Sub pontificis ſtemmate.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
ANNO . IX.

156.

In quadrivio vulgò della Scrofa.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
VIAM . PRIVATIS . AEDIFICIIS
OCCVPATAM
DIREXIT . ET . LAXAVIT
ANNO . SAL. MDCXIII.
PONTIFIC. IX.

157.

In baſi columnae ante porticum baſilicae Liberianae.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
COLVMNAM
VETERIS . MAGNIFICENTIAE
MONVMENTVM
INFORMI . SITV . OBDVCTAM
NEGLECTAMQVE
EX . IMMANIBVS . TEMPLI . RVINIS
QVOD . VESPASIANVS . AVGVSTVS
ACTO . DE . IVDAEIS . TRIVMPHO
ET . REIPVB. STATV . CONFIRMATO
PACI . DICAVERAT
IN . HANC . SPLENDIDISSIMAM . SEDEM
AD . BASILICAE . LIBERIANAE
DECOREM . AVGENDVM
SVO . IVSSV . EXPORTATAM
ET . PRISTINO . NITORI . RESTITVTAM

BEA-

BEATISSIMAE . VIRGINI
EX . CVIVS . VISCERIBVS
PRINCEPS . VERAE . PACIS . GENITVS . EST
DONVM . DEDIT
AENEAMQVE . EIVSDEM . VIRGINIS
STATVAM . FASTIGIO . IMPOSVIT
ANNO . SAL. MDCXIIII. PONTIF. IX.

Ad ſiniſtram ejuſdem baſis.

VASTA . COLVMNAM . MOLE
QVAE . STETIT . DIV
PACIS . PROFANA . IN . AEDE
PAVLVS . TRANSTVLIT
IN . EXQVILINVM . QVINTVS
ET . SANCTISSIMAE
PAX . VNDE . VERA . EST
CONSECRAVIT . VIRGINI

Ad dexteram ejuſdem baſis.

IMPVRA . FALSI . TEMPLA
QVONDAM . NVMINIS
IVBENTE . MOESTA
SVSTINEBAM . CAESARE
NVNC . LAETA . VERI
PERFERENS . MATREM . DEI
TE . PAVLE . NVLLIS
OBTICEBO . SAECVLIS

Averſa a Baſilica parte.

IGNIS . COLVMNA
PRAETVLIT . LVMEN . PIIS
DESERTA . NOCTV
VT . PERMANERET . IN . VIA
SECVRI . AD . ARCES
HAEC . RECLVDIT . IGNEAS
MONSTRANTE . AB . ALTA . SEDE
CALLEM . VIRGINE

Humi.

D. O. M.
PETRO BELO ROMANO
CONSVLTORI ET PROCV

RATO-

RATORI FISCI SANCTE
INQVISITIONIS
LAVRENTIO BELO EPISCOPO
CAPVTAQVEN
POMPEIO BELO EPISCOPO
BISINIANEN
CAESARI BELO PROTONOT
APOSTOLICO
OCTAVIVS BELVS I. C.
PATRI DVLCISS ET
TRIBVS SVAVISSIMIS
FRATRIBVS MESTISS
POSVIT ANNO DNI
MDC

30.

Ibidem.

In gyro orbicularis lapidis.

FAMILIÆ OSSA BELORVM

31.

In Capitolio.

In palatio Conſervatorum, in pariete.

FELIX ROMA RECENS VETERI FELICIOR VRBE
EXERE IVRE POTES CELSIVS ALMA CAPVT
LVDVS ERAS EREBO SECTANS ORACVLA SORTES
NVNC AVTEM CHRISTI REGIA FACTA MICAS
PACIS ALVMNA VIDES DIVORVM PVRA CRVORE
MŒNIA FRATERNO SANGVINE FŒDA PRIVS
NON ALIT VT QVONDAM LVPA TE CŒLESTIS AT AGNVS
DIVINO FRVERIS SIC MELIORE CIBO
EXCVTIS HOC IMMITE IVGV̄ PHLEGETHONTIS ET ATRÆ
MORTIS ET ÆTERNÆ MVNERA LVCIS HABES
TALIS LIBERTAS HILARAT TE DVLCIVS ILLA

QVAM PEPERIT BRVTVS SCEPTRA SVPERBA TERENS
TOT LICET EXIMIIS FVERIS DECORATA THEATRIS
PORTICIBVS THERMIS ARCVBVS ATQVE FORIS
NVNC TAMEN ES SANCTIS OPEROSIS ÆDIBVS ARTE
MIRA CONSTRVCTIS CVLTA VERENDA MAGIS
INTEGRA PLVRA MANENT VETERV̄ MONVMENTA NITOREM
AVGENT NON POTVIT CVNCTA ABOLERE DIES
MAXIMA CONSPICVE SVRGVNT CAPITOLIA PVLCHRIS
ORNARIS LARIBVS FONTIBVS AMNE VIIS
HEM QVÆ PVRPVREI MOX EST EXORTA SENATVS
MAIESTAS PRISCI NON HABVERE PAREM
SCIPIADE DECII VETVS OMNIS MARTIA PROLES
CEDANT HIS DIVIS QVOS PIA CONDIS HVMI
HIS ETENIM PIETAS ANIMI INSERTA QVIRITVM
CVLTRICEM SOBOLEM TOLLIT IN ASTRA TVAM
SACRAQVE DVXERVNT NON FAVNI PRIMA BICORNIS
SED QVÆ VERIDICO PROTVLIT ORE DEVS
ARMIPOTENS FATEOR FVERAS ET CLARA TRIVMPHIS
QVIS VETVS IMPERIVM QVAM PATET ORBIS ERAT
QVID TVM NON NE TVIS SACRATIS LEGIBVS ORBIS
PARET HIC ATQVE NOVO DIVES IN AXE IACENS
RE POSCENTE ADIMIS VEL DAS DIADEMA SVPREMVM
SCEPTRA DICAS MAGNOS TV FACIS ATQVE DVCES
DENIQVE ROMANOS PRÆFECIT CHRISTVS OLYMPO
PONTIFICES CLAVES ÆTHERIS VNDE GERVNT
TERRA MINOR CŒLO SACRA VIS EST GRATIOR ARMIS
GRATIVS IMPERIVM MAIVS ET IPSA TENES
PATRIÆ DICAVIT
LAV. BELVS EPISC. CAP.

32.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

SCIPIO EX PHRIGIIS PENATIB. DE
TOLFA PAVLI F. ARCHIEPS

TRA.

TRANEN. VTRIVSQ. NEPOS
MARMOREVM HVNC LAPIDEM
EXORNAVIT ET IN AEQVE
CONSPICVVM RESTITVI
CVRAVIT ANNO D. MDXCII

33.

S. Auguſtini.

In pariete.

D. O. M.
HORATIVS . BONIOANNES
PATRITIVS . ROMANVS
ANTIQVVM . FAMILIAE . SVAE
SACELLVM
SANCTA . SANCTORVM
VETERI . NOMINE . APPELLATVM
QVO . DECENTIVS . EXORNARI
POSSET
SVBLATIS . DIVERSIS . LOCVLIS
EXTRA . ORDINEM . SVBLIME . POSITIS
OSSA . MAIORVM
SVORVMQVE . GENTILIVM
EPISCOPORVM
ET . MVTII . FRATRIS . OPTIMI
ARCHIEPISCOPI . SVRREN
IN . HOC . VNVM . SARCOPHAGVM
COMMVNE . SIBI . POSTERISQ. SVIS
INFERENDA . CVRAVIT
MDCIIII

34.

S. Mariae de Aracoeli.

Ad ſacellum S. Helenae.

HIERONYMVS . CENTELLES . R . EPISC. CAVALLICEN.
ARAM . DEO . ET . BEATAE . VIRGINI . ORNAVIT.
SEPVLCRVM . SIBI . FECIT . ANNO . DOM. MDCV

35.

S. Mariae in regione Montium.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
LIBERIO MANDOSIO
PATRITIO ROMANO
BASILICÆ VATICANÆ CANONICO
MONTISALTI EPISCOPO
VBIQ. GLORIÆ IMMORTALITATI
VIVENTI
ARCANGELVS MANDOSIVS
FRATRI
MÆRENS ET MEMOR
MONVMENTVM POSVIT
OBIIT ANNO M. DC. VII.
III NON NOVEMBRIS
ÆTATIS SVÆ LIII
ASTRA PETENS VIVVS, FRVITVR
NVNC MORTVVS ASTRIS:
CLARVS VBIQVE HOMINI,
CARVS VBIQVE DEO

36.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

D O M
GASPARI PALVTIO
PATRITIO ROMANO EX ANTIQVISSIMA ALBERTONIORVM FAMILIA
VRBANI VII. PONT. MAX. EX CONSOBRINA NEPOTI
EX . VTRAQVE . SIGNATVRA . REFERENDARIO . ET . ABBREVIATORE . DE . PARCO . MAIORI
S. ANGELI . ET . BISACII . EPISCOPO : INTER . ASSISTENTES . DESCRIPTO

POST.

POST . VARIAS . PRAEFECTVRAS . MIRA . CVM . LAVDE . OBITAS
PROVINCIAE PATRIMONII ET VMBRIAE PROLEGATO
AC . DENIQVE . PAVLI . V. APVD . PHILIPPVM . III. HISPANIARVM . REGEM . CATHOLICVM
IN . REGNO . LVSITANIAE . NVNTIO
VBIQVE . MAGNO INNOCENTI CLARO
IMMATVRA . MORTE . ANNO . AETATIS . SVAE . XLVIII. LVSITANIAE . LEGATIONIS . QVINCTO
TERRENORVM . LOCO . PRAEMIORVM . QVAE . PROPEDIEM . EVM CONSECVTVRA . VIDEBANTVR
AD . COELESTIA . EVOCATO
BALTHASAR . PALVTIVS . ALBERTONIVS . MILES . S. IACOBI . DE . SPATA . HISPANIARVM
OSSIBVS . E . LVSITANIA . TRANSLATIS . INQVE . HOC . ALBERTONIORVM . SACELLO . CONDITIS
FRATRI . CONIVNCTISSIMO . NON . SINE . LACRYMIS . POSVIT . ANN. SAL. M. DC. XXIIII.

37.

S. Mariae de Victoria.

In pariete.

D. O. M.
BERNARDINO BVRATTO ROMANO
ARCHIEPISCOPO SIPONTINO
VITÆ INNOCENTIA AC MORVM
INTEGRITATE PERPETVA
LAVDATISSIMO
OBIIT ROMÆ ANNO D. MDCXXVIII
DIE II. APRILIS ÆTATIS LIII

S.Ma-

38.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

D. O. M.
ALEXANDRO . MONTEMARTI . VRBEVETANO
TETINIANI . ET . MONTIS . MARTIS . COMITI
IN . NAVALI . PVGNA . MELITENSI . OBSIDIONE . ALIISQ. PRAELIIS
MILITARIBVS . FACTIS . MVNERIBVSQ^VE . ILLVSTRI
PATERNAE . CHARITATIS . VITRICO
OBIIT . III. DECEMBRIS . MDCXX. AETATIS . SVAE . LXXXVI.
HORTENSIAE . PETRONIAE . ROMANAE
TETINIANI . ET . MONTIS . MARTIS . COMITISSAE
RELIGIOSISSIMAE . AC . LECTISSIMAE . MATRONAE
PARENTI . SVAVISSIMAE
DECESSIT . VII. MAII . MDCXXX. AETATIS . SVAE . LXIV.
ET . FRANCISCO . ZEPHYRO . ROMANO
PAVLI . AEMILII . ET . HORTENSIAE . PETRONIAE . FILIO
COMITATE . IN . OMNES . PIETATE . IN . PARENTES . SINGVLARI
FRATRI . OPTIMO
OBIIT . XV. POST . MATREM . DIE . AETATIS . SVAE . XLII
DEODATA . ZEPHYRA . ROMANA
MONIALIS . S. LAVRENTII . IN . PANE . ET . PERNA
POST . EXTINCTOS . INSVPER . COMPOSITOSQVE . SQVILLACI
ANNO . MDCXXXV.
LVDOVICVM . EIVS . CIVITATIS . EPISCOPVM . ET . ALEXANDRVM FRATRES
SVIS . OMNIBVS . SVPERSTES . MOERENS . POSVIT
ANNO . D.
MDCXXXVI.

39.

S. Mariae Tranſpontem.

Humi.

D. O. M.
HIERONYMO LERIA PATRITIO VERCELLENSI

IOAN-

IOANNIS BAPTISTÆ FILIO CAESARIS LERIA
EQVITIS HIEROSOLYMITANI NEPOTI VIRO
PIETATE ET SINGVLARI PRVDENTIA ORNATO
QVI OBIIT DIE X. FEBRVARII A. MDCXXVII.
ET VICTORIÆ DE ROGERIIS ROMANÆ
EX NOBILI ET VETVSTA FAMILIA MATRONÆ
LECTISSIMÆ QVÆ OBIIT XVI. SEPTEMB.
A. MDCXXXVIII. FR. LEONARDVS
ORD. CARMELIT. EPISCOPVS MINORENSIS
BERNARDVS TRIBVNVS MILITVM ET
CATHARINA FRANCISCI DE ALEXANDRIS
NOB. FLORENTINI VXOR PARENTIBVS
PIENTISSIMIS AC OP. MER. SIBI
SVISQVE POSVERVNT

40.

S. Mariae ſupra Minervam.

Humi.

D. O. M.
FRATRI . GREGORIO . DONATO . ROMANO
SACRI . APOSTOLICI . PALATII . MAGISTRO
ORD. PRAEDICATORVM
HVC . VECTIGALES . MORTALIVM . OCVLI
GREGORIVM . E . COELO . DONATVM . COELO REDDITVM
LVGETE
ACERBVS . AEVO . MATVRVS . INGENIO
COLLECTANEM . (ſic) HABVIT . SAPIENTIAM
NATVRAM . INGENIO . INGENIVM . VIRTVTE
VICIT.
NONDVM . ADVLTVS . IAM . MAGISTER . PLVS . DOCVIT . QVAM.
DIDICIT.
PRÆCEPTIS . EXEMPLO
VIRTQVE . (ſic) PAR . FORTVNÆ
VTRAMQVE . PROVOCAVIT . VICIT
DIGNITATVM . GRADVS . ONNES . (ſic) MERITVS . ASCENDIT
NVLLIVS . CANDIDATVS

RE-

R EXIT . ALIOS . VT . SE . IPSVM
SE . IPSVM . VT ALIOS
OCVLATA . MENTE . CECA . MANV
TALEM . VIRVM . MAGISTRVM . ORBIS . NOMINAVIT
VRBANVS . VIII. PONT. MAX.
HINC . MERITA . METIRE
VIXIT . ANNIS . LXIII. OBIIT . ANNO . M.DCXLII. MENSE . MAIO
DIE . DECIMA SEXTA . HORA · XXII.
PATRICIVS . DONATVS . EPISC. MINOREN. FRATER . FRATRI
MONVMENTVM . HOC
P.

41.

S. Sabinae.

In crypta S. Dominici.

D. O. M.
HORATIO CIANTES ROM. PATRITIO
PARI DVM VIXIT VIRTVTE
ET STIRPE CLARO
ET LVCRETIE DE CITERA
VETVSTAE NOBILITATIS FOEMINAE
ABNEPTI IACOBI DE CITERA
QVONDAM BEATAE LVDOVICAE
ALBERTONIAE
MARITI GENTILI
IGNATIVS EPS S. ANGELI
LVMBARDORVM
IOSEPH EPS MARSICANVS
EX ORD. PRAED. ASSVMPTI
ET LAVRENTIVS CIANTES
GERMANI FRATRES
PARENTIBVS INDVLGENTISSIMIS
IN D. MARIAE AD MINERVAM
QVIESCENTIBVS
M. AE. M. P. P.
ANNO DOM. M. DC. XLVII.

Ibidem

42.

Ibidem.

Humi.

FAMILIÆ
CIANTES
M.
ANTIQVVM
IN . QVO . IACEANT . OSSA
NAM
STABIT . AETERNVM . MEMORIA
IN . PROXIMA . CRYPTA
S. DOMINICI
PIIS . MEDITATIONIBVS
CONSECRATA
POST . IMPENSIS . CIANTVM
IN . HANC . FACIEM . REDACTA
VT . APPOSITA . INSIGNIA
TESTANTVR
ET . MARMORA . LITERATA
IGNATIVS . CIANTES . ORD. PRAED.
ET . EPISC. S. ANGELI
MEMORIAE . SVOR. OBSECVTVS
M. D. C. L.

43.

Ibidem.

In pariete.

VNI TRINO SACR.
IGNATIO CIANTI ROM.
EPISC. S. ANGELI LOMB.
IOSEPHI EPISC. MARSIC. FR. GERM.
IN ORDINE DOMINICANO COLLEGAE
IN ARENA SAPIENTIAE COMMILITONI
CVIVS

EXTAT CEREMONIALE ORD. PRÆDIC.
ALIIS VERO SCRIPTIS DOCTISS.
SÆVITIES DOLOR. ARTICVLARIVM
QVIBVSCVM PERPETVO CONFLIXIT
LVCEM INVIDIT
SED COMPENSAVIT EXPRESSIS
SVMMÆ PATIENTIÆ EXEMPLIS
PRVDENTIÆ QVOQVE SINGVLARI
RELIQVIT CAMPVM IN PRÆFECTVRA
DIVTINA PROVINCIÆ NEAPOLIT.
POST IN EPISCOPATV EXIMIA
CVM TRANQVILLITATE SCOPVLIS
ARTE MIRA DECLINANS IN PELAGO
QVÆSTIONIB. IVRISDICTIONALIB.
ÆSTVOSISSIMO
DECESSIT ANN. ÆTAT. SVÆ LXXIII.
CHRISTI MDCLXVII.
HACTENVS . O
CVRAEQVE
CATENATIQVE
LABORES

44.

Ibidem.

In pariete.

TRINVNI SACRVM
IOSEPHO CIANTI ROM
EPISC MARSICEN QVI
GENTILITIVM SPLENDOREM
COLLATIS DE SVO FVLGORIBVS
CVMVLAVIT
IN SACRO ORDINE DOMINICI
PVBLI PHILOS AC THEOL INTERPRES
PRÆDICATOR CHRISTIANE FIDEI

RO-

ROMÆ AD HEBRÆOS QVOS
IMMORTALIBVS SINGVLARI INVENTO
SCRIPTIS IMPVGNAVIT
IN EPISCOPATV
AEDEM CATHEDR A FVND AMPLIFICANS
IVRISDICTIONEMQ. IN SAPONARIOS
ADMIRABILI CONSTANTIA
NESCIAS AN PRVDENTIA
IN PRISTINVM VINDICANS
IN AVLA
PHILIP IV. REG. CATH. NON SEMEL
RES DIFFICILLIMAS ET GRAVISS.
FACILITATE PARI AC FELICITATE
PERTRACTANS
DECESSIT AN AET SVAE LXVIII.
CHRISTI . MDCLXX.
HABVIT LABORES VIVENS
QVICVM. MORIENS
LEGAVIT LABORES FAMAE
IRREQVIETAE IMMORTALI

45.

Ibidem .

Sub utriſque epiſcoporum monumentis .

LAVRENTIVS . CIANTES
GERMANIS . FRATRIBVS
DESIDERATISSIMIS
POS.
A. D. MDCLXIX.

46.

S. Praxedis .

Sepulcrum cum protome .

D. O. M.
SILVIO SANCTACRVCIO ROMANO

ARCHIEPISCOPO . ARELATENSI
VIRO . PROBI . MORIS . ET . MENTIS . IMPAVIDAE
QVI . ANNOS . AMPLIVS . XXX. IN . SVMMA · GALLIÆ
LVCTVATIONE . SVÆ : CLAVVM . ECCLESIÆ
CONSTANTISSIME . TENVIT
BARTHOLOMEVS . SANCTACRVCIVS . AMANTISSIMO
BENEMERITO . PATRVO . P. ANN. M.D.C.LII

47.

S. Mariae ſupra Minervam.

Humi.

D. O. M.
ALEXANDER ARGVLVS ROMANVS
INDOLE AC MORIBVS AD SVMMA FACTVS
POST PLVRES IN DITIONE PONTIFICIA
GESTOS MAGISTRATVS
EPISCOPVS VERVLANVS
ET VRBIS VICARII VICESGERENS
IN MAXIMA QVAM PROBITAS ET PRVDENTIA
EXCITARANT HOMINVM EXPECTATIONE
INVIDIA FATI CESSIT
ANNO SALVTIS MDCLIIII
PAVLVS ARGVLVS FRATRI CARISSIMO P.

48.

S. Praxedis.

Ad ornatum lapidis, in quo S. Praxedem traditio eſt cubaſſe, cum ſtemmate D. Flavii Galletti ex abbate Cong. Vallis Vmbroſae epiſcopi Anglonenſis, qui obiit A. C. MDCLIII.

CERNE VIATOR VBI PRAXEDES VIRGO CVBABAT
NAM DOCET VSQVE MODO MARMORIS VMBRA LOCVM

S.Ma-

49.

S. Mariae ſupra Minervam.

Humi.

D. O. M.
SEPTIMIVS ROBERTVS VICTORIVS
(ROMANVS) EPISCOPVS
TRICARICI
PRO SVO CADAVERE
VIVENS POSVIT
ANNO SALVTIS MDCLV
AETATIS SVAE LXXXV

50.

S. Mariae in Aquiro.

In pariete.

D. O. M.
PARENTIBVS OPTIMIS
IOANNI FRANCISCO VGOLINO
ET LAVINIÆ LATINÆ
ROMÆ NOBILI GENERE NATÆ
CVIVS GERMANI FRATRES
FRANCISCVS ET FAVSTVS
ALIVS PATRVM DOMINICANOꝜ FAMILIAM
ALIVS CONGREGATIONEM ORATORY
A S. PHILIPPO NERIO DICATAM
PIETATE ET DOCTRINA ILLVSTRARVNT
ASCANIO PARITER VGOLINO
FRATRI GERMANO MVRENSI EPISCOPO
PIETATIS ET BENEVOLENTIÆ PERENNE MONVMENTVM

STE-

STEPHANVS VGOLINVS
PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS
CVM LACRIMIS POSVIT

51.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
STEPHANO VGOLINO
SACELLI ET PIÆ DOMVS ORPHANORVM
DEPVTATO
BASILICÆ S. PETRI CANONICO
ALEXANDRI VII. PONT. P. M.
AVDITORI
CORINTHI ARCHIEPISCOPO BREVIVM SECRETARIO
S. OFFICII INQVISITORVM CONSVLTORI
ET PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANO
DE MAXIMA HVIVS TEMPLI ARA LARGIS
PROVENTIBVS IN SINGVLOS ANNOS RELICTIS
ET PRO QVOTIDIANO MISSÆ SACRIFICIO
REDDITV CONSTITVTO
FVNDATORI OPTIME MERITO
POSITVM
OBIIT ANNO MDCLXXXI
EXTINCTIS DEINDE CÆTERIS EIVSDEM SVCCESSORIBVS
PRÆDICTA ORPHANORVM DOMVS EX IPSIVS DISPOSITIONE
CVM ALTERIVS QVOTIDIANÆ MISSÆ ONERE VNIVERSALIS HÆRES EFFECTA
NOVVM HOC GRATI ANIMI MONVMENTVM DECREVIT ANNO DNI MDCCIV.

52.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D. O. M.
OPTATÆ MEMORIÆ
F. PACIFICI TRASII ROM. MIN. DE OBS

RO-

ROMANÆ ALMÆ PROV̄Æ THEOLOGI
QVI DVM IN REGNO POLONIÆ MVNVS
APOSTOLICI VISITATORIS OBIRET
IN ABSENTIA
AD PROVINCIALATVS PROMOTVS
DEMVM EX MINISTRO PROVINCIÆ
AB VRBANO (ſic) OTTAVO FEL. REC.
AD ECCLESIAM CALLIENSEM EVECTVS
EAM PER VIGINTI FERME ANNOS
SINGVLARIB. BENEFICIIS AVCTAM
PARI PRVDENTIA GVBERNAVIT
CVMQ. AD LIMINA ACCESSISSET
FEBRI CORREPTVS SEXAGENARIVS
DIE XXXI. DECEMB. M.D.CLIX
EXTREMVM CLAVSIT DIEM
ET HIC TVMVLARI VOLVIT
P. IO. ANT. DE FACHERIS ROMANVS
EIVSD. PROV̄Æ AMICO INCOMPARABILI
MOERENS POSVIT
ANNO D̄NI MDCLX

53.

S. Thomae ad Cincios.

In pariete.

D. O. M.

SACELLVM . HOC . CINCIÆ . FAMILIÆ . VETVSTATE . VENERANDÆ
MAGISTRATIBVS . CVRVLIBVS . AVCTÆ
SVIS . ILLVSTRARVNT . CINERIBVS
LVDOVICVS . CINCIVS . ET . LAVRA . LANTES . CONIVGES . PARES . INCOMPARABILES
TIBERIVS . MERITO . VIRTVTVM . AD . PVRPVRAM . EVECTVS
LVDOVICVS . EPISCOPVS . TVDERTINVS . BENEMERENTISSIMVS
VALERIVS . CAMILLVS . MARIVSQVE

EXER.

EXERCITÆ . PRVDENTIÆ . EXPLORATÆ . PROBITATIS . FILII . VNANIMES

QVIBVS

HIERONIMVS . CINCIVS . GENTILITIÆ . PIETATIS . QVAM . ADITÆ . FACVLTATI

HÆRES . ILLVSTRIOR . VRNAM . HANC . EXCITAVIT

MAXIMI . AFFECTVS . MINIMVM . ARGVMENTVM

ANNO . SAL. HVM. MDCLXI.

54.

S. Franciſci ad Ripam.

Humi.

BERNARDINO PANICOLAE
PATRITIO I. C. ROMANO
CELEBERRIMO
OLIM
BONONIÆ VICELEGATI AVDITORI
ROMÆ
IN AGENDIS CAVSIS DOCTRINA
FIDE INTEGRITATE
ANTESIGNANO
AB VRBANO VIII. P. O. M.
FRANCISCI S. R. E. CARD. BARBERINI
MVNIFICENTIA
AD EPATVM RAVELLEN. ET SCALEN.
ELATO
EOQVE ANNIS XXIV PIE RECTO
DEMVM SEPT. SVPRA LXXX
ANNVM AGENS
QVARTO IDVS NOVE. MDCLXVI.
OBDORMIVIT IN DNO

S. Spi-

55.

S. Spiritus in Saxia.

In pariete.

D. O. M.
ANTONIO . CHRYSOLINO
VRBANI . PAPÆ . VIII. P. O. M.
INTIMO . CVBICVLARIO
ET : ARCHITRICLINO .
LIBERIANÆ . MOX . VATICANÆ
BASILICARVM . CANONICO
DEIN . ARCHIDIACONO
MORVM
INTEGRITATE . MODESTIA . PIETATE
CÆTERISQ. VIRTVTIBVS
ORNATISSIMO
OBIIT . KAL. FEB. ANNO . M. DC. LXIX
ÆTATIS . SVÆ . LXXXVIII.
FRANCVS . EPVS . SASSENATENSIS
FRATRIS . FILIVS . P.

56.

In templo Farneſiano.

In pariete.

MARIO ABBATI MAFFEIO
BAS. VATICANÆ DECANO CANONICO
NON MINVS QVOTIDIANA ERGA PAVPERES LIBERALITATE
QVAM ANTIQVA GENERIS NOBILITATE ROMANO
QVI TOTA VITA VENERATVS DEIPARAM
A STRADA DICTAM
NE MORTVVS EAM DESERERET
CONDI VOLVIT IN TEMPLO NOMINIS IESV
VBI ILLA COLITVR
BERNARDINVS ARCHIEP. DAMASC. SAC. PAL. APOST. PRÆFECTVS

POMPEIVS ET VRBANVS ROCCI FRATRES SORORIS FILII
EX ASSE HÆREDES
HIC GRATI MONVMENTVM ANIMI POSVERE
NE DESIDERARETVR EIVS MEMORIA IN SACELLO
QVOD STRVXIT PYRRHVS TARVS VICESG.
A QVO INSTITVTVS FVIT HÆRES POMPEIVS CARD. ARIGONIVS
EIVSDEM NEPOS
CVIVS NEPOTES SIMVL ET HÆREDES ROCCII CVM VARESIIS FVERE
OBIIT ANNO SAL. MDCLXIX. ÆT. LXXIV. MENSE NOVEMB.

57.

S. Caroli in via Flaminia.

In clauſtri pariete.

D. O. M.
ERASMO PARAVICINO PATRIT. ROMANO
OCTAVII CARD. S. ALEXII FRATRIS FILIO
ALEXANDRINÆ STATELICORVM ECCLESIÆ
A PAVLO V. SVM. PONT. PRÆFECTO
ET INDE GRÆCIVM NVNCIO APOSTOLICO
AD ARCHIDVCEM AVSTRIÆ DELEGATO
SVMMÆ VIRTVTIS ET PIETATIS PRÆSVLI
QVOD SACELLO B. M. V. ECCLESIÆ S. CAROLI
PINGVEM HÆREDITATEM VOLVERIT
CONGR. SECR. IMMORTALI MEMORIÆ
POSVIT ANNO M.DC.LXXVII

58.

S. Mariae in Vallicella.

Humi.

D. O. M.
DOMINICO IANNVTIO ROMANO VTRIVSQVE SIGNATVRÆ REFEREN-
DARIO
AB VRBANO VIII AD SACRAMENTVM DEVOLVTI DVCATVS VRBINI
SVSCIPIENDVM PROTHONOTARIO

A CLE-

A CLEMENTE IX COLLEGII CARDINALIVM FABRICÆ VATICANÆ A SECRETIS ET DIOCLEN EPISCOPO

VIRO SOLERTIAM INTEGRITATI CONSTANTIAM OFFICIO PRVDENTIÆ PIETATEM COPVLANTI

VALIDAM NACTO SENECTVTEM QVAM SÆPE S. PHILIPPO NERIO REFEREBAT ACCEPTAM

AD ANNVM ÆTATIS SVÆ LXXXIV. ET SAL. MDCLXXX

MARIVS CAROLVS MANCINVS NEPOS ET HÆRES M. P.

59.

S. Mariae ſupra Minervam.

In pariete, cum protome ex anaglypho.

D. O. M.

MEMORIAE . FABRITII . NARI . PATRICII . ROMANI

QVI . HOC . GENTILITIVM . SACELLVM . D. IOANNI . BAPTISTÆ . DICATVM

DOTAVIT . ANNVO . VECTIGALI . DOMINICANIS . PATRIBVS

A . MONTE . FIDEI . ET . COLVMNAE . PERSOLVENDO

TVM . VT . SACRVM . INSTRVMENTVM . ARAE . COMPARETVR

TVM . VT . BINAE . SOLEMNES . MISSAE . IN . EIVSDEM . TVTELARIS . HONOREM

ET . ANIMAE . SVAE . EXPIATIONEM . QVOTANNIS

OCTO . PRIVATAE . ET . PRO . SE . ET . PRO . D. OLYMPIA . LANTHES . VXORE

SINGVLIS . HEBDOMADIS . CELEBRENTVR

F. GABRIEL . FILIVS . EPISCOPVS . SANCTI . MARCI . CENSVM . ADDIDIT

VT . ANNIVERSARIO . SVI . OBITVS . DIE . SOLEMNE . SACRVM

QVINQVAGINTA . VERO . PRIVATAE . SINGVLIS . ANNIS . PERAGANTVR.

BERNARDINVS . FILIVS . PARENTIS . AC . FRATRIS . VOTVM

HAC . IN . TABVLA . INCIDI . CVRAVIT

VIXIT . FABRITIVS . ANN. LXVII. MENSES . III. DIES . XV. OBIIT XXIII. NOVEMBRIS

MDCXXVI

VIXIT . OLYMPIA . ANN. XXVIII. MENSES . IIII. DIES . I. OBIIT : DIE . V. DECEMB. MDLXXXV.

VIXIT . F. GABRIEL . ANN. XLVI. MENSES . XI . DIES . XIII. OBIIT XVI. NOVEMBRIS

MDCXXIII

60.

S. Calixti.

Humi.

D. O. M.
ÆGIDII . COLVMNÆ
MONACHI . CASSINENSIS
AMASIÆ . PRIMVM . ARCHIEPISCOPI
HIEROSOLYMITANI . DEINDE . PATRIARCHÆ
OCTO . GENARII . ÆTERNITATIS . METAM . ATTINGENTIS
OSSIBVS . ET . CINERIBVS
HOC
NON . EX . PARIO . MARMORE . SED . NVDO . LAPIDE
NON . LAVDIS . SCRIPTVRÆQVE . ORNAMENTO .
SED . SIMPLICI . INSCRIPTIONE . EXCISVM . SEPVLCRVM
VTI . ILLE . EX . TESTAMENTO . RIGOROSE . MANDAVERAT
ITA . OPERE . RELIGIOSE . VT
BENEFICENTISSIMI . SIMVL
ET . CLARISSIMI . PATRVI . MODERATIONI
SVA . IPSA . OBEDIENTIA . PARENTARET
LAVRENTIVS . ONVPHRIVS . COLVMNA
MAGNVS . COMESTABILIS
REGNORVM . ARAGONIÆ
ET . NEAPOLIS . PRO . REX . ETC
EX . FRATRE . NEPOS . ET . HÆRES
POSVIT
OBIIT . ANNO . DNI . MDCLXXXVI. XIV. KAL.
NOVEMBRIS

In

61.

In eccleſia monialium S. Spiritus.

In pariete.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
DOMINVS ANTONIVS FONZECA
ROMANVS EPISCOPVS TIBVRTINVS
AD PETITIONEM ET INSTANTIAM
ILLVSTRISS. DOMINÆ DONNÆ
LIVIÆ CONSTANTIÆ DE VIDASCHIS
HVIVS MONASTERII ABBATISSÆ
ECCLESIAM HANC IN HONOREM
SPIRITVS SANCTI DICATAM
DIE IV IVLII CONSECRAVIT EIVSDEMQ.
CONSECRATIONIS ANNIVERSARIVM
IN DIEM XVI SEPTEM. TRANSTVLIT
ANNO DOMINI M.D.CLXXXVII

62.

S. Laurentii extra muros.

Humi.

D. O. M.
OSSA
FRANCISCI MARIÆ IANNOTTI ROMANI
EPISCOPI SIGNINI
SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE
HÆRES
HVNC IN LOCVM TRANSFERRI
EX TESTAMENTO CVRAVIT
OBIERAT SIGNIÆ VI. KAL. MAY
A SAL. MDCXCIX

S. Ni-

63.

S. Nicolai Tolentinatis.

In pariete.

D. O. M.
ET DIVO NICOLAO MAGNO
HERCVLES DOM.CVS MONANNVS
EPISCOPVS TARRACINENSIS
EX BONIS SIBI AD TESTANDVM
PONTIFICIO PRIVILEGIO
CONCESSIS
SACELLVM COMPARAVIT
ET FAMILIAE SVÆ ATTRIBVIT
A. S. MDCCIX

64.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

LAVRENTIO DE BVTIIS
VTR. SIGN. REFER.
OLIM FERRARIÆ PROLEGATO
PLVRIVM DEINDE CIVITATVM
SVMA CVM LAVDE GVBERNATORI
MOX SIGNATVRÆ IVSTITIÆ
XII VIRO INTEGERRIMO
CARPENCTORATI DEMVM EPO
QVEM
ANNO MDCCX VITA FVNCTVM
LVXERE PAVPERES
ET ADHVC LVGENT.
PRVDENTIA DE BVTIIS
MARCHIONISSA CEVA
PATRVO BENEMERENTI
MONVMENTVM POSVIT.
ANNO SALVTIS MDCCXVII.

S.Pra-

65.

S. Praxedis.

In pariete cum imagine depicta.

D. O. M.

D. VENANTIO SIMY ROMANO, OMNIBVS IN VALLVMBROSANA RELIGIONE
DIGNITATIBVS, ETIAM GENERALATVS EGREGIE PERFVNCTIS A
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO CLEMENTE XI
ELECTO SALAMINÆ EPO ET SVFFRAGANEO AD ECCLAM
SABINEN: ASSVMPTO POSTEA DE MORTE SERIO COGITANTI AD HOC
CŒNOBIVM REVERSO VT INTER SVOS MONACHOS VLTIMOS
CLAVDERET DIES, AN: ÆTATIS SVÆ LXXVIII. DIE II. MAII MDCCXVIII. AD
CŒLESTEM PATRIAM EVOCATO MONACHI S. PRAXEDIS IN TANTI VIRI
DE RELIGIONE BENEMERITI MONVMENTVM POSVERE AN: MDCCXVIIII

66.

S. Franciſci ad Ripam.

Humi.

D. O. M.
VIRO VTRIQVE ORBI SPECTABILI
F. IOHANNI FRANCISCO DE NICOLAIS
RELIGIONE VERE ORTHODOXO
IN SINARVM IMPERIO
PRÆCONI VICARIOQVE APOSTOLICO
ARCHIEPISCOPO MYRENSI
EX MINOR. ALMÆ PROVIN. REFORM. ROMANÆ
ASSVMPTO
SACROSANCTÆ VATICANÆ BASILICÆ

PERPETVO VICARIO
SINICE HYSPANICE AC LATINE DOCTO
NON MINVS DOCTRINA ET ERVDITIONE
QVAM ANIMI DEMISSIONE
MORVM SVAVITATE
CETERISQVE VIRTVTIBVS
ILLVSTRISSIMO
CONSODALES AC FRATRES SVI
HOC DILECTIONIS ARGVMENTVM
POSVERVNT
OBIIT DIE XXVII DECEMB. ANNO MDCCXXXVII
ÆTAT. ANN. LXXXI MENS. VII DIER. XIV

67.

S. Luciae Gymnaſiorum.

In pariete.

D. O. M.
IN HONOREM
S. LVCIÆ VIRGINIS ET MARTYRIS
TEMPLVM HOC
SACROSANCTÆ SACERD. SÆCVL. SOCIETATIS
ILL. ET RMVS D.
IOAN. BAPT. GAMBERVCCIVS ROMANVS
ARCHIEP. AMASENVS
CAPPELLÆ PONTIFICIÆ CÆREMONIARVM
PRÆFECTVS
ET EIVSDEM SOCIET. PRÆLATVS
DIE VI. IVLII MDCCXXVIII
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT
DIEMQVE PRIMAM POST OCTAVAM
SS. APOST. PETRI ET PAVLI
ANNIVERSARIAM HVIVS DEDICAT. CONSTITVIT

68.

S. Caeciliae vulgo de Matarazzari.

Ad majorem aram.

IOANNES BATTA GAMBERVCCI ARCHIEPVS AMASENVS ALTARE
HOC VNA CVM ECCLESIA CONSACRAVIT DIE XXVIII
IANVARI MDCCXXXI ET DIEM PRIMAM FEBRVARI AD EIVS MEMO-
RIAM RECOLENDAM CÕSTITVIT

69.

In baſilica Liberianā.

Humi.

D. O. M.
IOANNI . BAPTISTAE . GAMBERVCCIO
ARCHIEPISCOPO . AMASENO
V. S. R.
QVATVOR . SVMMOR . PONTIFICVM
IN . CAEREMONIIS . SACRIS . MODERATORI . PRAECIPVO
HVIVS . SACROSANC. BASILICAE . CANONICO
MORVM . SVAVITATE . ET . HONESTATE . CLARISS.
TOTIVS . VRBIS . MOERORE . REPENTE . EREPTO
GEMINAE SORORES
OPTIMO . FRATRE . VIDVATAE
MOERENTES PP.
A. MDCCXXXVIII
VIX. A. LXIV. M. IV. D. XXIV

70.

S. Bernardi ad columnam Trajani.

Ante ſacrarium, in pariete.

D. O. M.
TEMPLVM HOC
AVGVSTISSIMO DEIPARÆ NOMINI

AC D. BERNARDO ABBATI DICATVM
LVDOVICVS VALDINA EPVS HERMOPOLITANVS
SOLEMNI RITV
PRID. NONAS SEPTEMBRIS MDCCXLV SACRAVIT
EIVSDEMQVE FESTI ANNIVERSARIÆ CELEBRITATI
SEXTAM FEBRVARII DIEM STATVIT

71.

S. Gregorii ad Ripam.

In pariete.

ALTARE HOC DEO IN HONOREM S. GREGORII
MAGNI PAPÆ, ET ECCLESIÆ DOCTORIS DICATVM
LVDOVICVS ANTONIVS CREMONA VALDINA
EPISCOPVS HERMOPOLITANVS
DIE DECIMA MENSIS MARTII. MDCCXLVIII.
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT, AC RELIQVIAS
SS. M.M. CONCORDII, CONSTANTII ET DEODATI
IN EO INCLVSIT, ET QVOT ANNIS RECVRRENTE
SACRO DIE QVADRAGINTA DIERVM INDVLGENTIIS DITATVM
ESSE VOLVIT
OFFICIALES, ET CONFRATRES NE FACTVM OBLIVIO DELERET POSVERE

72.

S. Hieronymi nationis Illyricae.

In pariete.

D. O. M.
ARAM. PRINCIPEM. HVIVS. ECCLESIAE
VETERI. SVBLATA
ELEGANTIVS. EXTRVCTAM. EXORNATAMQVE
CVRA. CONGREGATIONIS. ILLYRICAE
DEO. SACRAM. FECIT
FERDINANDVS. DE. RVBEIS. ARCHIEP. THARSI
VIII. KAL. APR. A. R. S. MDCCXLIX

ABBA-

ABBATES PRAESULES SACRIQ. CONSISTORII ADVOCATI

CLASSIS QUARTA.

I.

SS. Vincentii & Anaſtaſii ad Aquas Salvias.

In clauſtro.

✠ ISTE SALVS POPVLI DVM VIXIT PRAESVL HONORQ.
CREVITQVE METVIT ❦ GENS AGARENA NIMIS
CVIVS IN HOC TVMVLO REQVIESCIT CORPVS HVMATVM
SPIRITVS . . . . . . REGNA BEATA PETENS
HIC VELVT . . . . . MQVAM DVXIT AGEBAT
TENDE . . . . . QVA PARADYSVS INEST
FECERAT . . . . . . ONSTANTE GRATIA XPI
VINCER . . . . . TELANO GENTIS HEROS
NEC VACVV . . . . OMNEM HABEBAT
CVI SVA VITA FVIT VALDE PLACERE DEO
SIC FRATRVM REXIT MENTES ET CORPORA SEPER
VT FVGERET QVISQVIS VELLET OBESSE SVIS
QVE DS OMNIPOTENS DIC LECTOR VT ILLVM
. . . .

2.

S. Alexii in Aventino.

Humi, epitaphium Johannis abbatis.

✠ XPE DS RERV PVLCHERRIME FACTOR ET AVCTOR
SVSCIPE ME INDIGNV SALVS ET OME BONVM
OBSECRO FLAGITO SERVVS POPVLO QVESO IOHS

CONFITEOR CVLPAM DA CLEMENS VENIA
OME MALV MERVI CVMVLV . . . . . . ATIB. AVXI
TARDVS AD OME . . . .
A CAPITE VSQ PEDES . . . . . . MEMBRA OMIA SORDES
SED TV SCE DS REX MISERERE PIVS
. . . . SVNT VBI CASTRA VIRORVM
. . . . REGNAT AVREA SECVLA XPS
PRECOR VOS ONS QVI HIC POST ME
VENTVRI ESTIS PRO ME PRECES FVNDATIS ET
PROPTER KARITATE QVA VIOLARE NON LICET NE
MO SVV NEC ALIENV CADAVER SVPER ME MITTAT
QVOD SI ALIQVIS HOC PRESVMP
SERIT SIT MALEDICTVS ATQ. IN PER
PETVV ANATHEMATE CONSTRIC
TVS . CREDO QVOD REDEPTOR MS VIVIT ET
IN CARNE MEA VIDEBO DM SALVATORE MEVM
AB INCARNATIONE DNI NRI IHV XPI
ANNI SVNT MILLE . IIII . . . .
. . . .

3.

S. Blaſii in via Julia.

In pariete.

✠ HOC FVIT INCEPTV RENOVARI TEPORE TEPLV
VRBIS ALEXANDRI ROMANE PRESVLIS ALMI
ANNVS ERAT CVIVS DVODENVS ET IPSE SCDS
ANNVS MILLENVS GEMINVS TVNC SEPTVAGENV'
TEPORE QVO VERBV CONCEPIT VIRGO SVPNV:

AN-

ANNVS IN AVGVSTO CVRREBAT MSE PERHVSTO
SEXTA DIES DENA FVERANT INDICTIO DENA:
ABBAS DOMINICVS MERITIS ET NOMINE DIGNV'
ISTVD DOMV QVIDE CEPIT COPLEVIT ET IDEM
CONDIDIT HIC DIGNV CRVCIS ET VENERABILIS LIGNV
ET VESTE DIE (ſic) GENITRICE QVIPPE MARIE:
ANDREE SCI BLASII DARIEQ. CRISANTI
PP. SILVESTRI DIONISII NEC NE SEVERI
HONORII STEPHANI MARCI MARCELLIQ· ANI

In eodem lapide ad laevam.

TRANQVILLINI NICOSTRATI,
CESARIIQ. HAC AQLE NEREI
VEL ACHILLEI VEL ERASMI
ATQVE CATERINE SEV SCOR
XL· SCE CECILIE PRISCE ZO
ESQ. SOPHYE HE SVNT
RELLIQVIE QVIB. ALMVS
FIT LOCVS ISTE NEC NON
MVLTORV NESCIMVS NO
MINA QVORV FELICIS SIMV
AGAPITVS SIMVL ET CAI (ſic)
LISTVS. HI QVOQ. IAM
DICTIS SOTIANTVR
DENIQVE SANCTIS.

4.

S. Laurentii extra muros.

In interiori coronide ſuperioris tribunae.

✠ IOHS · PETRVS . ANGELVS . ET . SASSO . FILII . PAVLI . MARMOR . HVI' . OPIS . MAGISTRI . FVER

✠ ANN . D. M.C. XLVIII. EGO . HVGO . HVMILIS . ABBS. HOC OPVS FIERI FECI

S. Sa-

5.

S. Sabbae.

Supra eccleſiae januam opere muſivo ornatam.

✠ AD HONOREMI. (ſic) DOMINI NOSTRI IHV XPI ANNO VII. PONTIFICATVS DOMINI INNOCENTII III PP HOC OPVS DOMINO IOHANNE ABBATE IVBENTE FACTVM EST PER MANVS MAGISTRI IACOBI.

6.

S. Pauli in via Oſtienſi.

In fronte tholi arae mediae.

✠ ANNO MILLENO CENTV BIS
ET OCTVAGENO QINTO SVM
ME DS QD HC ABBAS BARTHOLO
MEVS. FECIT OPVS FIERI. SIBI
TV DIGNARE MERERI

In lateralibus pyramidibus.

✠ HOC OPVS
FECIT ARNOLFVS

CVM SVO SOCI
O PETRO

7.

S. Mariae Majoris.

In pariete.

✠ I. NOM. D. AM. NOS POR ET CAPLM SCE M.(E) D' VRBE PMEDITATES
DEVOCIONIS AFFECTV QVE AD EADE BASILICA. FRACISCVS HO DEI AB O
LI DV VIVE OBTINEBAT QVE QE CLARIS IDICIIS. OPV OSTETAVIT
DIGNV DECERNIMVS VT IPI FRACISCI VOTA FERVETIA QVAM TV

T̅V̅ NOBIS EX ALTO CONCEDITVR ĪTEGRALITER EXEQVA
MVR . IDCIRCO HOC EDICTO VALITVRO SANCCIMVS (ſic) ET
IN PERPETVVM ORDINAMVS . HVIC ORDINACIONI NOSTRE
VENERABILIS VIRI D̅N̅I . M. DE COLV̅PNA VICARII DOMINI . P.
DE COLVNPNA AC EIVSDEM BASILICE ARCIPRESBITERI
ASSE̅SV ET CONSENSV PARITER CONCVRRENTE . VT IN
PRESENTI CAPPELLA IVSTA SVE EXTREME VOLV̅TATIS
ORDINE̅ . BENEFICIATORV̅ TRINARIVS NVMERVS PERPE
TVVS ORDINETVR . Q BENEFICIATI PER EV̅ NOVITER ORDI
NA̅DI . ET SVCCESSORES EORV̅ TENENTVR Ī CAPPELLA P̅
FATA . PRO AĪA IPĪVS FRANCISCI . FRATV S̅VORV̅ QVE PA
RE̅TVM . MISSAS DIEBVS SINGVLIS CELEBRARE AC IN AL
IS HORIS CANONACIS DIVRNIS PARITER ET NOCTVRNIS VT
CETERI BN̅FICIATI . EIDE̅ BASILICE DESERVIRE Q' BNFICIAT
RECIPIAT DE FRVCTIBVS ĪFRASCRIPTI CASALIS ET VINEA'
RV̅ . TA̅TV̅ QVANTV̅M . ALII BN̅FICIATI DE FRVCTIBVS DICTE
BASILICE ꝑCIPIV̅T . ITE̅ VNA̅ MISSA̅ PRO MORTVIS C̅OVEN
TVALIT̅ CELEBRANDA̅ . IIDEM CANONACI TENEANT̅ SEMEL'
IN EADE̅ CAPPELLA SĪG̅LIS MENSE CELEBRARI ET ANIV̅ESIV̅ . AN
NALE Ī DIE SVI OBIT' MODO SIMILI DECA̅TAĪ . H' G EDC̅TO STA-
TVTV̅ DECER
NIM' ORDINA̅DV̅ ꝑ EO Q IDE̅ . F . AD DN̅AM NR̅A MVLTA DEVO-
CION SVC
C̅ESV' . Q' DA̅ CASALE POSIT' EXTRA PŌTA NVME̅TANA̅ Q OLĪ
E
FVIT ECC SCI BASI.

BASILII . ET CV̄ VINEIS POSITIS EX̄ . CITRAQ^E PŌTĒ . PD̄ CM̄ . ℞
SVA FRATVM
PARĒTVQ̄ SVORV̄ AIĀ RELIQVID BASILICE SVPRADICTE . DECĒ
N̄ETES VT TRES BN̄FICIATI PREDICTI TĀTV̄DĒ DE FRVCTIBVS
DICTE BASILICE RECIPIĀT QVANTV̄ CETERI BN̄FICIATI RECI
PIV̄T AN̄VATIM . ET VT PREDICTA EFFECTVM TOTALI
TER EXEQVANTVR . STATVIMVS VT NOS ET SVCCESSO
RES NR̄I HOC STATVTVM ET OMNIA SVPRADICTA IVRE
MVS ET IVRARE TENEANTVR TACTIS SACROSANTIS EVĀ
GELIIS PERPETVO OBSERVARE ET FACERE INVIOLABI
LITER OBSERVARI . ITEM QVOD DICTV̄ STATVTV̄ VNA
CVM CETERIS DICTE BASILCÆ IN ARCHIVIO RERPETVO
CONSCRIBATVR . AMEN . FACTA ANNI . D. M. CCC. XXV.

8.

S. Caeciliae.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

HIC REQVIESCIT DN̄S
PETRVS FRANCISCI DE CINTHIIS CANON'. BASIL. PNCIP. APLŌR
DE VB̄E ET VICE . DNS . PORTVEN. ET
S. RVFINE Q̄ OBIIT SVB
AN̄O DN̄I M. CCC. LX. MĒS S' DIE XXVIIII POT. D' INOC. PP.
. . . : AMEN

9.

S. Mariae Novae.

Humi, lapis oblongus cum imagine ex anaglypho.

IN . NOĪE . DN̄I . AM̄N . AN̄O . DN̄I . MCCCLX
II. IND. III. MENSE . SEPTĒBRIS . DIE . XXII. HIC . REQVIESCIT .
DN̄S. IA-

IACOB'. ƆDAM . OCTAVIANI . (ſic) DE . GVASCHIS . DE ROMA AB-REVIA
TOR . DNI . NRI . PP. ARCHIDIACON. CATH
. . . . ANHENS'. . . . . ATQVE . CANONICV . LATERANEN. ET .
VICEDO . ALBANEN. CVIS . AIA . REQVIE . I . PAC . AM

10.

S. Mariae Majoris.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

AMBROSII DE PLANCA .:. AN
APL CAN. ABBREVIATORIS ATQVE SCRIPTORIS SACRVM : . VIXIT ANN XXIV MENSIBVS TRIBVS
DIEBVS XV OBIIT A M
CCCC. XXIII DIE PENVLTIMA MENSIS IVLII

11.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

REVERENDO PATRI DO
MINO NICOLAO DE VAL
LE APOSTOLICE CAMERE
CLERICO ET BASILICE SAN
CTE MARIE MAIORIS CA
NONICO NEPOTES PA
TRVO BENEMERENTI
FECERVNT VIRO FRV
GI AC SANI CONSILII
OBIIT M. CCCCLVI
DIE X. SEPTEMBRIS

12.

S. Jacobi Hiſpanorum.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

S. R. P. D̄N̄I PETRI MARTINI DE
CAVEIS RVBEIS SEDIS APOSTOLICE . . . . . . ℞ ROTE DECANI
QVI OBIIT XXVII. MENSIS . . . . . . AÑO D̄N̄I MCCCCLVII
CVIVS ĀĪA IN PACE REQVIESCAT

13.

S. Sebaſtiani extra muros.

Humi.

IVLIANVS ABBAS
FIERI FECIT
MCCCCLXVI

14.

S. Gregorii in clivo Scauri.

Humi.

GREGORIO AMATISCO NOBILI ROMANO EX
CONGREGATIONE MONTIS OLIVETI IN QVA
ANNIS XXXIII PIE SANCTEQ: VIXERAT IN
ABBATEM SANCTI GREGORII VRBIS ROMAE
A NICOLAO V. PONT. ELECTO LICET INVITO
ET RECVSANTI PAVLVS PONTIFEX CVRANTE
MATTHEO SAXO AMATISCO FACIENDVM
MANDAVIT OB EIVS CASTISSIMAM VITAM
SANCTISSQ. MORES ET OB RESTITVTVM
EGREGIA IMPENSA MONASTERIVM
VIX. AN. LXXI.

15.

S. Mariae Novae.

Humi.

ÆTERNO AC VERO DEO SAC^O
D. ANTONIO . VENECTINO . ROM^O. MILITI . COMITIQV^E
INSIGNI . AC · DOCT . ET ADVOCAT. CONSIST. PRA
ESTANTISSO . D. IOANI VENEC. SACR. LATERAN
BAS. CANONICO . AC . SACR. PENITEN. SCRIPT. ET . D.
BAPTISTE . VENEC. DOCT. DECRET. BASIL. VIR
GI . MAIORIS . CANON. HONESTISSINO (ſic)
D. LAVRENTIVS . VENE . SAER · PRINC. (ſic)
APLOR. BASIL. CANIC' . GERMANIS
OPTIMIS . PROPO AERE . FIE . CVRAVIT

16.

S. Gregorii in monte Coelio.

Ad marmoream aram ex anaglypho Mariam Virginem cum Angelis exhibente.

FR. GG. HVIVS . MONASTERII . ROMANVS . ABBAS . FIERI . FECIT.
HOC . OPVS
ANNO CHRISTI M.CCCC.LXVIIII

17.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

BARTHOLOMÆO CERASANO CIV. ROM. PATRI OPT
QVI VIX. ANN. LXXXVI. M. III. D. VIII
EIVSQ. PARENTIBVS AC FILIIS
EVANGELISTA FRANCISCVS ABBAS SS. QVIRICÆ
ET IVLITTÆ MARSICAN. DIOECESIS
AC CANONICVS S. NICOLAI IN CARCERE TVLLIANO
ET PETRVS F. GEMENS POS. AN. MCCCCLXXVIII
. DIE XII. IANVARII

18.

S. Praxedis.

Humi.

HIC IACET DNS PETRVS ROMA
NVS ABBAS SCE PRAXEDIS
Q. OBIIT A. D. MCCCCLXXXVIII. DIE IIII.
M. IVLII

19.

S. Mariae ſupra Minervam.

Sepulcrum in pariete cum protome.

D. O. M.
HIERONYMO BVTIO RO. PAT
RITIO ABBREVIATORI APOS
TOLICO IVLII CARD. MEDIC.
VICECANCELL. A CVBICVLO
ANIMI CORPORIS FORTVNEQ.
BONIS INSIGNI IN IPSO IVVEN
TVTIS FLORE INEXPLEBILI FA
TORVM INVIDIA EREPTO ROM
ANIS EXTERNISQ. APPRIME CO
NLACRYMANTIBVS
VIX. ANN. XXV. M. X. D. XV.
DECESS. NONIS AVG. M. D. XVII.
FRANCVS BVTIVS EQVES
PONT. SAC. PEN. SCRIPTOR AB
BREVIATOR APOST FRATRI
VNANIMI POSTERISQ. MOERE
NS POS
EXIGVVM VIRO CVRRICVLV
MORTALIBVS NATVRA LAR
GITA EST GLORIAM VERO SE
MPITERNAM OPTANDA ERGO
MORS QVAM IMMORTALITAS
CONSEQVATVR.

S. Ma-

20.

S. Mariae Novae.

Humi.

BAPTISTA PAVLINVS ADVOCATVS CONSISTORIALIS
COGITANS LXIII. SCALARIVM ANNVM QVEM MODO
AGIT SOLERE PLERVMQ. SENIBVS POSTREMVM
ESSE HOC SACELLVM CVM MONVMENTO VIVENS
SIBI POSTERISQ. SVIS FECIT
ANNO SAL. MDXX

21.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D. O. M.
TIBERIO CAPITIFERREO
FRANCISCI FIL. PATRIT. ROM.
BASILICÆ VATICANÆ CANONICO
REFERENDARIO SVMMI PONTIFICIS
EGREGIA PIETATE ET BENEFICENTIA PRÆDITO
IN MEDIO ÆTATIS ET HONORVM
DECVRSV BONIS EREPTO
MOERENTIBVS LVCRETIA DE PICHIS
FILIO SVAVISSIMO DOMINICVS
PATRI OPTIMO POSVIT
VIX. ANN. XXXIV. MENS. III. DIES VI
OB. VII. KAL. MARTII
ANNO POST CHRISTVM NATVM
MDLXXI

22.

S. Catharinae Funariorum.

Humi.

D. O. M.
PENTESILEAE SANGVINEAE

PETRI

PETRI PAVLI F. ROMANAE
FEMINAE SINGVLARIS
EXEMPLI AC PVDICITIAE
SVMMI ERGA MARITVM
AMORIS
ATQ. EXIMIAE IN VNDECIM
LIBERIS EDVCANDIS
DILIGENTIAE
VIXIT ANN. XXXVI. MENS. IV. D. XV
OBIIT III. KAL. SEPTEMBRIS
MDLXXII
LVDOVICVS DE TORRES
VTR. SIGN. REF.
MATRI CARISSIMAE
POSVIT

23.

Ibidem.

Humi.

D. O. M.
IOANNI DE TORRES
FERDINANDI F. ROMANO
PRAECLARIS ANIMI
CORPORISQ. DOTIBVS
FLORENTI
VIXIT ANN XXX. MENS. IIX. D. XIIX
OBIIT PRIDIE KAL MARTII
M. D. XXCV
LVDOVICVS . DE . TORRES
VTR. SIGN. REF.
FRATRI AMANTISSIMO
POSVIT

SS. Tri-

24.

SS. Trinitatis in monte Pincio.

In pariete.

D. O. M.
M. ANTONIO . BVRGHESIO
ADVOCATORVM . CONSISTORIALIVM . DECANO
MAGNO . PAVPERVM . ADVOCATO
VARIIS . IN . MVNERIBVS . PVBLICIS
APVD . OCTO . PONTIFICES . MAXIMOS
SPECTATAE . PRVDENTIAE . ET INTEGRITATIS
CAMILLVS . BONONIAE . VICELEGATVS
HORATIVS . CVRIÆ . CAVS. CAM. AP. GEN. AVDITOR
FRANCISCVS . ET . IO . BAPTISTA . FILII
POSVERE
VIXIT . ANN. LIX. M. IX. D. IX.
OBIIT . POSTRIDIE . ID. IVN. CIↃ . IↃ . LXXIV
IIDEM . HOC . SACELLVM . ANNVO . REDITV . ATTRIBVTO
AD . REM . DIVINAM . FACIENDAM . STATIS . DIEBVS
QVOTHEBDOMADIS . ET . BIS . PRAETEREA
QVOTANNIS . SOLEMNIORE . RITV . CELEBRANDAM
FACIENDVM . CVRAVIT

25.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
FLAMINIAE . ASTALLIAE
RARI . ET . INCOMPARABILIS . EXEMPLI . FEMINÆ
MATRI . OPTIMAE
CAMILLVS . BONONIAE . VICELEGATVS
HORATIVS . CVRIAE . CAVS. CAM. AP. GEN. AVDITOR
FRANCISCVS . ET . IO . BAPTISTA
VIXIT . ANNIS . XXXXV.
OBIIT . PRID. ID. DECEMB. CIↃ.IↃ.LXXV

IIDEM-

IIDEMQVE
HIERONIMO . SVMMA . SPE . ET . ANIMI . ET . INGENII
PRAEDITO . FRATRI . CARISSIMO
POSVERE
VIXIT . ANN. XXIII. D. XV
OBIIT . XIIII. KAL. DECEMBRIS . CIƆ.IƆ.LXXVIII

26.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

D O M
ANTONIO VELLIO SAC. CONS.
AVLÆ ADVOC. IVRE CONSVLTO
AC ORATORI EXIMIO
VIXIT
AN. LXVII. MENS. XI. D. XXIIII
OB. D. XV. IVLII M.CLXXXIII
ANTONIVS ET FRANCISCVS
MVTII FILII
AVO BENEMERENTI
P P

27.

S. Mariae ſupra Minervam.

In pariete, cum protome.

D. O. M.
HIERONYMO . GABRIELIO . NOBILI . EVGVBINO . CIVI . ROMANO
SACRAE . CONSISTORIALIS . AVLAE . ADVOCATO . CELEBERRIMO
QVI . SVMMA . IN . DEVM . PIETATE . HOMINESQ: CHARITATE . PERSPICVVS
CONSILIO . AC . RE . DESTITVTOS . SVBLEVAVIT . SESE . LABORE . OBLECTANS

ASSI-

ASSIDVO . AVREOS . RESPONSORVM . LIBROS . EDIDIT . VARIA . ÆDIFICIA
IN . VRBE . CONSTRVXIT . INVIDOS . DESPEXIT . AMICOS . FOVIT SIBI
SVOS . PRÆDILEXIT . QVIBVS . OPES . HONORIFICE . PARATAS . LIBERALISSIME
DISTRIBVIT . DEMVM . EXPEDITA . MORTE . FELICEM . IMMORTALITATEM
ACQVISIVIT
CAROLVS . GABRIELIVS . EX . FRATRE . NEPOS . IN . FILIVM . PRINCIPIS
RESCRIPTO . ARROGATVS . HÆRESQ. TESTAMENTO . DESCRIPTVS
GRATI . ANIMI . MONVMENTVM . POSVIT
VIXIT . ANNOS . LXXIIII. MENSES . DVOS
OBIIT . III. KAL . DECEMBRIS
M. D. LXXXVII

28.

S. Mariae de Populo.

In pariete cum imagine depicta.

D. O. M.
CAMILLAE . BONVISIAE . LVCENSI
NOBILITATE . GENERIS . FORMA . CORPORIS
MORVM . AMABILITATE . PVDICITIA
PRVDENTIA . RELIGIONE . ADMIRABILI
VINCENTIVS . PARENTIVS
ADVOCATVS . CONSISTORIALIS
CONIVNX . CONIVGI . VNANIMI
QVA . CVM . TRIGINTA SEXANNOS
NVLLIS . VNQVAM . EVENTIS
NE . LEVITER . QVIDEM . TENTATA . CONCORDIA . VIXIT
MOESTISS. POS
VIXIT AN LIII. OBIIT AN. SAL. CIↃ.IↃ.LXXIX
XI. KAL. MARTII

29.

Ibidem.

Cum imagine depicta:

D. O. M.
VINCENTIO . PARENTIO . PATRICIO . LVCENSI
CIVI . ROMANO
SACRI . CONSISTORII . ADVOCATO
OB . SVMMAM . DIVINI . ET . HVMANI . IVRIS . SCIENTIAM
SINGVLAREMQ. MORVM . SVAVITATEM
ATQ. INNOCENTIAM
OMNIS . AEVI . MEMORIA
DIGNISSIMO
POMPEIVS . PARENTIVS . FRATRIS . F.
ET . COHEREDES . EX . TEST
P. P.
OBIIT . ANNO . ÆTATIS . LXVII. SALVTIS . M.DXC
VI. KAL. OCT.

30.

S. Aloyſii nationis Gallicanae.

Humi.

D O M
NICOLAO RISIO ROMANO
VTRIVSQ. SIGN. REFERENDARIO
MVNERE PER ANNOS XXIX
INTEGRE PRVDENTERQ PERFVNCTO
OFFICIO ET HVMANITATE
IN OMNES PRAESTANTI
VIXIT AN. LVI. M. II. D. V.
OBIIT XVI AVG. MDXC
BARTHOLOMAEVS RISIVS
FRATRI VNICO ET B. M.
MAESTISS. POS

S. Ma-

31.

S. Mariae in Vallicella.

Humi.

COELI REGNATRICI
ALEXANDER
GLORIERIVS XII. VIR
STLITIBVS FISCAL. IVDICANDIS
SACELLVM EXTRVXIT ANNVAM
PECVNIAM ATTRIBVIT
A. CIϽ.IϽ.XCIII

32.

S. Mariae de Populo.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
TIBERIO . CERASIO . ROMANO
PRIMVM . IN . CVRIA . INDE . FISCI
ET . SACRÆ . AVLÆ . CONSISTORIALIS
ADVOCATO
MOX . CAMERAE . APOSTOLICAE . CLERICO
TANDEM . S. D. N. THESAVRARIO
PER . GRADVS . PRO . DOCTRINAE
VIRTVTISQ. MERITIS . EVECTO
XENODOCHIVM CONSOLATIONIS
HERES . EX . ASSE
IN . HOC . SACELLO . AB . IPSO . ANTE . OBITVM
CONSTRVCTO . ATQVE . EXORNATO
IN . QVOD . PARENTVM . AC . FRATRIS . OSSA
TRANSFERRI . SEQ. IN . EODEM . HVMARI
EX . TESTAMENTO . IVSSIT
CVSTODIBVS . CVRATORIBVS . P.
OBIIT . AN. AET. LVII . SALVTIS . MDCI
V. NON. MAII

33.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

ALBERICO . ALBERTI . F. BOBONIS . N
RO. COS. ET . COMITI TVSCVLANO
ATAVIS . LONGA . SERIE . ET . ANTONIO
AC . IOANNI . I. C. ET . FRANCISCO . FF
COMITIBVS . LATERANEN
MARIO . AC . IVLIO . ADVOCATIS . CONSIST
ANDREAE . PATRI . ET . FRANCISCO . PATRVO
IO. FRANCISCVS . I. C. DE SALOMONIIS
QVI . ET . BOBENSES . DOMO . ALBERTISCORVM
GENTILITIA . SEPVLCHRA . RESTITVIT
SANCTVARIIS . SVPERNE . DISPOSITIS
EXORNAVIT . MDCIII.

34.

Ibidem.

In pariete.

D O M
MVTIO VELLIO ANTONII . F
S. CONSISTORIALIS AVLAE
ADVOCATO DECANO PATRIS
VIRTVTES HONORESQVE
ÆMVLATO
VIXIT A. XLV. M. VII. D. VI. OB
DIE P. SEPT. M. DCVIII
ANTONIVS ET FRANCISCVS
PATRI DESIDERATISSIMO . PP.

35.

S. Mariae Conſolationis.

In ſacrario.

D O M
AD NOVAS SACRAS ÆDES NOVV̄ SACRARIVM
SODALITIO CONSVLTO EREXERVNT
P. IO. ABBAS FLORENTIVS
IO. FR. SALOMONIVS I. C. ET
FABRITIVS NARVS . CVSTODES
IO. BAP. ARBERINVS CAM
ANNO . M. DC. X

36.

S. Mariae de Pace.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
IVLIVS BENIGNVS PROTON. APOST.
SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE
ET PAVPERVM ADVOCATVS
INSTAVRATO S. IOANNIS EVANGELISTAE
TVTELARIS SVI SACELLO
PERPETVOQVE CENSV
AD REM DIVINAM QVOTIDIE
SACRVM ANNIVERSARIVM QVOTANNIS
PRO ANIMAE SVAE SALVTE
FACIENDVM ATTRIBVTO
PARENTIBVS OPTIMIS SIBIQVE
POSVIT
ANNO SALVTIS CIↃIↃCXI
ÆTATIS SVÆ LXI
OBIIT IPSE (ſic)

S.Ma-

37.

S. Mariae de Pace.

In pariete ante ſacrarium.

MISSA DICENDA QVOTIDIE
AD ALTARE S. IO. EVANGELISTAE
PREMISSIS PRIVS ALIQVOT ICTIBVS
CAMPANAE MAIORIS IN HONOREM
B. VIRGINIS ET SS. XII. APOSTOLORVM
ITEM ANNIVERSARIVM QVOTANNIS
DIE (ſic)
CELEBRANDVM PRO SALVTE
IVLII BENIGNI
EX CONVENTIONE INITA PER
ACTA CATALONI NOTARII A . C
DIE IX. NOV. CIƆIƆCXI

38.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

GREGORIAE LENTVLAE
SVMMAE NOBILITATIS ET VIRTVTIS FOEMINAE
E DEPOSITI LOCO
POST MVLTOS ANNOS
IN FAMILIARE SEPVLCHRVM
TRANSLATAE
IVLIVS BENIGNVS SACRI
CONSISTORII ET PAVPERVM
ADVOCATVS
AVIAE MERITISSIMAE POS.
A. SALVTIS CIƆ.IƆCXVIII.

S.Ma.

39.

S. Mariae ſupra Minervam.

Humi.

D. O. M.
RODVLFO RODVLFIO
S. MARIAE TRIVM PVERORVM ABB
VIRO
INGENVE PIETATIS
VERAE SAPIENTIAE
SVMMAE INTEGRITATIS
SINGVLARI
DOMVS S. M. SVPER MINERVAM
BENEFACTORI
CVIVS DOMVS PP.
IN DEBITAE GRATITVDINIS
ARGVMENTVM
MONVMENTVM HOC
VNO CORDE EREXER
OB. A. MDCXIIII

40.

Ibidem.

In pariete.

QVISQVIS RENOVATAM LEGIS HOC TVMVLO MEMORIAM
VICTORIAE DOMVS
MORTALITATIS TVAE MEMORIAM
RENOVATAM PVTA
IOANNI DE VICTORIIS
ROMANAE NOBILITATIS AC VIRTVTIS VIRO
ANNO AETATIS LXXV. VITA FVNCTO
THOMAE IOANNIS FILIO
PRVDENTIA AC PROBITATE PRAESTANTI
ANNO AETATIS L. MORTE SVBLATO

BER.

BERNARDINO
THOMAE ET IVLIAE COLVMNAE FILIO
LIBERORVM AC VIRTVTVM PIETATE PERILLVSTRI
ANNO AETATIS LXXII. MORTALITATEM EXVTO
IOANNI BAPTISTAE
BERNARDINI ET CAMILLAE DE PERLEONIBVS FILIO
BELLATORI STRENVO
CVIVS INCLITA BELLO VIRTVS
TVM IN GERMANIA TVM IN GALLIA
APVD ALEXANDRVM FARNESIVM CARD. LEGATVM
CVI ACCEPTISSIMVS FVIT
REPORTATA SEMPER EX HOSTE VICTORIA
COGNOMENTVM FAMILIAE CONFIRMAVIT
OBIIT ANNO AETATIS LIII.
PETRO PAVLO
CANONICO LATERANENSI
OB PRVDENTIAE IN PRIMIS LAVDEM
MVLTIS PROBATISSIMISQVE PRINCIPIBVS PROBATO
ANNO AETATIS LXIII. E VIVIS EREPTO
PETRO LEONI
EIVSDEM BERNARDINI FILIO
CANONICO BASILICAE VATICANÆ
MORVM INTEGRITATE ATQ. MODESTIA OMNIBVS CARO
PERACTIS TOTIDEM ANNIS QVOT PETRVS PAVLVS
EXTINCTO
ANTONIVS VICTORIVS
IOANNIS BAPTISTAE FILIVS
VTRIVSQVE SIGNATVRAE DECANVS
PATRI PATRVIS AVO PROAVO ABAVOQ
DE SE DEQ. FAMILIA BENEMERITIS POSVIT
ANNO DOMINI M. DC. XVII.

S.Pra-

41.

S. Praxedis.

Humi.

D. O. M.
GABRIEL . FALCONIVS
ROMANVS
CAVSARVM . ADVOCATVS
DE . MORTE . COGITANS
SEPVLCHRVM . HOC
VBI
RESVRRECTIONIS . DIEM
EXPECTARET
VIVENS . POSVIT
ANNO . SALVTIS
MDCVIIH
AETATIS . SVAE
XXXXVIII
OBIIT
AN. SAL. MDCXVIII. XXV. IVL.
AET. LXI
OLIM . VRBIS . SENATOR
TVNC . VAT. BASILICÆ . CANON.
VTRIVSQ. SIGN. REF.
ET . SAC. CONSVLTÆ . PRÆL.
ARCHICONF. SS. ANNVNTIATÆ
VNIVERSALI . HÆREDE
INSTITVTA.

42.

S. Marcelli.

In pariete cum protome.

D. O. M.
ROBERTO . FRANGIPANIO
MVTII . FILIO
ANIMI . CANDORE . MORVM . ELEGANTIA

AMICITIAE . FIDE . COMMENDATISSIMO
MVNIFICENTIA . HENRICI . III.
GALLIARVM . REGIS
IN . FAMILIAM . FRANGIPANIAM
SANCTI . VICTORIS . APVD . MASSILIAM
ABBATI
MARIVS . ET . POMPEIVS
FRATRI
OB . MERITVM . PATERNI
ERGA . IPSOS . ANIMI
POSVERE
VIXIT . ANNOS . LIIII. OBIIT . AN. MDCXXII.

43.

S. Mariae de Aracoeli .

In pariete .

D. A. O. M.
MARCO . ANTONIO . VIPERESCO
SANCTISS. DNI PAPAE VTRIVSQ. SIGNATVRAE . REFERENDARIO
ET . CANONICO . LATERANENSI
POENITENTIVM . ORDINIS . SILICET . TERTII . S. FRANCISCI
PRAECIPVO . AC . PERPETVO . BENEFACTORI . CONVENT
HVIVS . S. MARIAE . DE . ARACOELI
QVI . PRO . FRATRIBVS . AEGROTIS . IN . HOC . COENOBIO
INFIRMARIAM . A . FVNDAMENTIS . EREXIT
ET . QVO . AD . VIXIT . OMNIA . PIETATIS . OPERA . EXERCVIT
TANDEM . OMNIVM . VIRTVTVM . GENERE . PRAEDITVS
AD . FINEM . VITAE . SVAE . VICINVS
MAGNO . AFFECTV . HAEC . VERBA . SAEPE . PRONVNCIANS
IN . PACE . TVA . DOMINE . DORMIAM . ET . REQVIESCAM
PRAETIOSA . MORTE . LAETVS . AD . PRAEMIA . EVOLAVIT

DIE

DIE . XX . IVNII . MDCXXII
MOERENTES . FRATRES . HVIVS . CONVENT. DE . ARACOELI
ET . MAXIME . DOLENTES
IN . SIGNVM . GRATI . ET . OBSEQVENTIS . ANIMI
HVNC . LAPIDEM . ERIGERE . ET . PONERE . VOLVERE

44.

Ibīdem .

Humi .

D O M
R P D. M. ANTONII VIPERESCHI
VTR. S. R. ET CAN. LATER. OSSA SVNT HIC
CVIVS EXIMIAM IN DEVM RELIGIONEM
ET IN HOMINES PIETATĒ SI QVAERIS
INTERROGA . SERVITIVM . D. ECCLESIAE
AB IPSO DEVOTISSIME IMPENSVM
STRVCTVRAS AEDIVM HVIVS MONAST.
PRO INFIRMIS AB IPSO EXAEDIFICATAS
ET PAVPERVM LACRIIMAS IN EIVS
FVNERE VBERRIME PROFVSAS
VIXIT AN IL.
MENSES X. DIES V.
OBIIT X. CAL. IVLII MDCXXII
FRANCISCVS VIPERESCVS PATRVO
DET (ſic) DESIDERATISS CVM LACRIMIS P.

45.

S. Auguſtini.

Humi .

D. O. M.
HERMETI . CABALLETTO . ET . CINTHIAE . RVBEAE

CONIVGIBVS
NOBILITATE . AC . VIRTVTE . PARIBVS
ILLI
ANN. SAL. MDCII. AETAT. XLVI
ISTI
MDCXXIII. ANN. NATAE LVIII
VITA . FVNCTIS
PAVLVS . VTR. SIGN. REFERENDARIVS
ET . AVGVSTINVS
PARENTIBVS OPTIMIS
POSVERE

46.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D. O. M.
VBI DELICTVM IBI ET (ſic) GRATIA
HIC CARO REQVIESCIT IN SPE
O
HIERONYMO SERLVPIO ROMA.
SPECTATAE VIRTVTIS VIRO QVI
VTR. SIG. REFERENDARII ET
ABBREVIATORIS MVNERE
DEINDE VARIAR CIVITATVM
PRAEFECTVRIS ACCVRATE
INTEGEREQ PERFVNCTVS ET
PARI MOX FIDE SOLERTIAQ
INTER APLICAE CAMERE
CLERICOS PERDIV VERSATVS
EIVS DEMV ORDINIS DECANVS
OBI. AN. IB. (ſic) MDCXXV. VI. ID. DEC.
AETATIS . LIIII
IOES PHILIPPVS SERLVPIVS EX ASSE
HERES PATRVO OPT. M. POSVIT

S.Lau-

47.

S. Laurentii in Damaſo.

Sepulcrum cum depictis protomis.

D. T. V.

BERNARDINO ET IOANNI TAGLIETTIS

GERMANIS FRATVBVS ROM. PATRITIIS

IN ADVLTAE MATVRITATE VIRTVTIS

IMMATVRA MORTE PRÆREPTIS

DVM PRIOR AD OMNIA LITTERARVM STVDIA NATVS

PHILOSOPHIÆ VTRIVSQ. IVRIS ET THEOLOGIÆ DOCTOR

A GREGORIO XV. ABBAS S. ERASMI DE ITRO

AB VRBANO VIII. PROTONOT.

AD HONORES ET GVBERNIA S. R. E. CREATVS

AD MAIORA IMPERIA PROPERABAT

ALTER ARMORVM SECTATVS DECORA A S. P. Q. R.

AD PVBLICA MVNERA NOBILIVM ADSCITVS

COSMO II. MAG. ETRVR. DVCI

CARISSIMVS FVIT

VTERQVE MORVM SVAVITATE PRVDENTIA PIETATE

DOMVM ANTIQVISSIMAM VEL ANTE IↃC ANN.

COPIARVM DVCTORIBVS ILLVSTREM

GRAVEMQ. SVBINDE LAVREIS

ET GLORIARVM PLENAM AMPLIFICAVIT

IOANNES FRATER TAGLIETTVS MOESTISS. SENEX.

SVÆ AC FILIORVM VNIVERSORVM ORBITARIS

SOLATIVM POSVIT

OBIERVNT IOANNES VI. ID. AVG. AN. SAL. CIↃIↃCXXV. ÆTA.XXXIII. M. III.

BER-

BERNARDINVS IX. KAL. APRILIS CIƆIƆCXXVI. ÆT. XXVI. MEN. VI.
QVAMQVAM VIVVNT IN OMNIVM LACHRYMIS
QVI VIXERVNT IN CORDIBVS

48.

S. Praxedis.

In pariete cum protome.

☧
M. ANTONIO OLGIATO NOVOCOMENSI
VTRIVSQVE SIGNATVRÆ REFERENDARIO AC
CAMERÆ APOSTOLICÆ PRÆSIDI
VIRO IN OFFICII SVI MVNERE
PER XL. AN. FIDELI AC STRENVO
ERGA LOCA PIA LIBERALI
FAMILIÆ OLGIATÆ NOBILITATI AC
SPLENDORI DEDITISSIMO
FRANCISCVS OLGIATVS HÆRES
PATRVO BENEMERENTI PONEN. CVRAVIT
VIXIT ANNOS LXXV
OBIIT DIE XIII IANVARII
MDCXXVII

49.

S. Gregorii in monte Coelio.

Humi.

D. O. M.
MARIAE MAGDALENAE BAYLAE
CEVAE CONIVGI OPTIMAE
CARISS. ET BENEMERITAE
IOSEPH BAYLA CONCIST
ET PAVPER ADVOC
A MONTE REGALI PEDE
MONTIVM MÆSTISS. POSVIT
OBIIT XII. VIIRIS MDCXXVII. AETATIS
SVÆ ANNO XXVI.

In

50.

In templo Farneſiano.

Humi.

D. O. M.
BENEDICTO CVRTO I. V. D.
GRABEDONENSI ET CIVI ROMANO
VTR. SIG. REFEREND.
ET DE MAIORI PARCO ABBREV.
CVI RARA PIETAS
ET VIRGINALIS PVDOR
QVANDO VLLVM INVENIENT PAREM
CAMILLVS CVRTVS FRATRIS FILIO
CVM LACRIMIS POS.
OBIIT ANNO SAL. MDCXXIX.
AETATIS SVAE XXXV.
SEPVLCRO PP. SOCIETATIS IESV
EXCIPI SE MORTVVM VOLVIT
QVORVM IN FAMILIAM VIVVS ADMITTI
VEHEMENTER OPTAVERAT

51.

S. Laurentii in Lucina.

Humi, me auctore.

D. O. M.
M. ANTONIO MVNICIPI FERENTINATI
EX NOB. TANIOR. GENTE VOLATERRIS
ORIVNDA SACERDOTI INTEGERRIMO
S. MARIAE ROSSILLI SIGNIN. S. MARIAE
DE AVRICVLA FERENTIN. S. MARIAE
DE CANNE S. ENARGENAE ET SS. XL
MARTYR. NECCASTREN. DIOECESVM ABBATI
QVEM PAVLI V. P. M. GRATIA FLORENTEM
INTIMIQ. CVBICVLARII ET TRICLINIARCHAE
HONORE AB OPT. PRINCIPE SPONTE
HONESTATVM INVIDA CORRIPVIT MORS

III NON. IAN. MDCXXXI AN. AET. SVAE P. M.
LXX. FRANCISCVS NOBILIS ROMANVS
MARCHIO, S. RAPHAELIS NE ATAVI SVI
GERMANI FRATRIS DE PATRIA DEQ. POSTER.
BENEMERITI MEMORIA OBSOLESCERET
T. P. C. AN. MDCCLX
SPIRITVM TVVM DEVS REFRIGERET

52.

S. Mariae ad Martyres.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
POMPILIVS ZVCCARINVS
ABB. S. MARIÆ DE CAMPLO
HVIVS ECCLESIÆ CANONICVS
VRBANI VIII PONT. MAX
A CVBICVLO
MORTIS MEMOR VIVENS P.
ANNO D. MDCXXXVIII

53.

S. Annae Monialium O. S. B.

Humi.

D. O. M.
ALEXANDRO . BOCCABELLA
IOANNIS . BAPTISTÆ . F.
SACRÆ . THEOLOGIÆ . ET . IVRIS . VTRIVSQ. DOC
INGENIO . MORIBVS . PRVDENTIA
DEXTERITATE . AGENDI
AD . OMNIA . SVMMA . FACTO
QVI . PRIMVM . S. INQVISITIONIS
CONSVLTOR . MOX . ASSESSOR
DEINDE . CANONICVS . S. PETRI
TANDEM . BENEFICENTIA
VRBANI . VIII. PONT. MAX

SA-

SACRÆ , ROTÆ . AVDITOR . ROMANVS
DVM . HIS . GRADIBVS
AD . ALTIORA . VIRTVTE . DVCE . CONTENDERET
MORS . FORTVNA . CÆCIOR . INTERCESSIT
OBIIT . XX. MAII . ANNO . SALVTIS . MDCXXXIX
ÆTATIS XLVI

54.

S. Mariae in Vallicella.

In inferiori S. Philippi Nerii ſacello.

D. O. M.
IVLIVS DONATVS ROMANVS
CONSISTORIALIS ADVOCATVS
SAC. CONGREG. BONI REGIMINIS A SECRETIS
CARD. ANTONII BARBERINI
VRBANI VIII. PONT. MAX. EX FRATRE NEPOTIS
GENERALIS AVDITOR
S. PHILIPPO NERIO SACELLVM
SIBI AC SVCCESSORIBVS SEPVLCHRVM
VIVENS EXTRVXIT
ANNO DOMINI MDCXLIII.

55.

Ibidem.

D. O. M.
FLAVIA DE GHETIS ROMANA
ASCANII ADVOCATI PRIMARII FILIA
IVLII DONATI CONIVGIS
PIETATEM AC PRVDENTIAM IMITATA
HIC SIBI VIVENS TVMVLVM ELEGIT
ANNO DOMINI MDCXLIII

56.

S. Mariae in Publicolis.

Supra interiorem eccleſiae portam.

MARCELLVS SANCTACRVCIVS VALERII FILIVS
VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIVS
PAROCHIALEM HANC AEDEM
OLIM A GENTILIBVS SVIS
MAGNAE VIRGINI
IVREPATRONATVS EXCITATAM
VETVSTATE IAM COLLABENTEM
IACTIS ITERVM FVNDAMENTIS
IN HANC FORMAM RESTITVIT
ANNO DOMINI MDCXXXXIII

57.

S. Laurentii extra muros.

In pariete.

D. O. M.
QVADRATVM . E . MINORIBVS . COLVMNIS . ORDINEM
ET . INFERIORES . EX . MACVLOSO . MARMORE
PARIETES . SEGMENTATOS . GRADVVM , SVBTERRANEI
SACELLI . VBI . TRIVMPHALIA . IACENT. CORPORA
DIVORVM . LAVRENTII . ET . STEPHANI . SEPTEMQVE
ALTARIA . MARMOREA . SVIS . INSIGNITA . PICTVRIS
CÆTERAQVE . TOTIVS . HVIVS . BASILICÆ . ORNAMENTA
MARMORATO . OPERE . PERFECTA . EORVMDEM . VENERATIONI
AVGENDÆ . CANONICI . REGVLARES . S. SALVATORIS
PROPRIIS . HVIVS . CANONICÆ . SVMPTIBVS . POSVERVNT
EXACTIS . PROXIME . ANNIS

VT.

VT . AVTEM . HVIVS . REI . MONVMENTVM . PERPETVVM
EXTARET . HVNC . LAPIDEM . PONENDVM . CVRAVIT . DOMNVS
FRANCISCVS . SORICIVS . ROMANVS . EIVSDEM
CANONICÆ . ABBAS . ANNO . DOMINI
M.D.C.XLVII.

58.

S. Mariae Tranſtyberim.

In pariete.

D. O. M.
MARIO SPINOSIO PETRI PAVLI NOBILIS ROMANI
VRBANI VII. P. O. M. AMITINI FILIO HVIVS SANCTÆ
BASILICÆ CANONICO ET PRIORI QVI IN HOC
SACELLO DVO BENEFICIA SS. MARTIRIBVS
MARIO ET CALISTO DITARI ET DOTARI IVSSIT
ANGELVS ANDOSILLA BASILICE VATICANE
CANONICVS ARCHIDIACONVS ET SIGNATVRÆ
IVSTITIÆ DECANVS LAVRENTII MANOSII
HEREDIS HERES PIAM VOLVNTATEM
EXECVTVS M. P. ANNO SALVTIS MDCLIII

59.

S. Salvatoris de Cupellis.

Humi.

D. O. M.
PROSPER ABB. BORGARVTIVS
ROM. ANN. XXVI
EX NOB. PAR. ORTVS HIC
RESVRRECTIONEM EXPECTAT
ANNO MDCLVI

60.

SS. Silveſtri, & Martini ad Montes.

Humi.

D. O. M.
CAROLO SANCTARELLO IOANNIS FILIO ROMANO
ABBATI S. ANGELI NERITONENSIS
GENERE PATRITIO MORIBVS INTEGERRIMO
QVI
SVB DISCIPLINA ODOARDI SANCTARELLI
VTR. SIG. REFERENDARII IN VRBE ADVLTVS
TANTI VIRI EX FRATRE NEPOS, ET IMITATOR
ADMIRANDA GESSIT IN AVLA
NIMIA SERMONIS INGENVITATE
ADVLATORIBVS INFENSVS
CHARVS ATTAMEN PRINCIPIBVS FVIT
OB PECVLIAREM ERGA DEVM REVERENTIAM
DIGNITATIBVS ECCLESIÆ
PRÆSTANTIORIBVS POSTPOSITIS
NVNQVAM SACERDOTALI CHARACTERE
DECORARI AVSVS EST
CLARVM CHRISTIANÆ HVMILITATIS EXEMPLAR
OBIIT
ANNO SAL. MDCLXXXIV DIE IX DECEMBRIS
ÆTATIS SVÆ LXXIII
PHILIPPVS ET THOMAS SANCTARELLI
FRATRI OPTIMO MOESTISSIME POSVERE

61.

S. Mariae de Pace.

In pariete.

D O M
AD PERPETVAM REI MEMORIAM
EX CONTRACTV INITO CVM IACOBO

MI-

MIGNANELLO PATRITIO
ROMANO
ABB. ET CANON. REGVL. LATERANEN.
HVIVS ECCLESIAE
TENENTVR CELEBRARE SEV
CELEBRARI FACERE
SINGVLIS HEBDOMADIS MISSAM VNAM
ET VNVM ANNIVERSARIVM SINGVLIS
ANNIS IN PERPETVVM
IVXTA FORMAM INSTRVMENTI
CELEBRATI PER ACTA CESII
EM.MI VICARII NOT.
SVB DIE XIV. AVGVSTI MDCLVIII

62.

S. Franciſci ad pontem Sixti.

Humi.

D O M
ANGELO DAMASCENO V. S. REFERENDARIO
HVIVS XENODOCHII BENEFACTORI
NONA IANVARII MDCXXXVI DEFVNCTO
D. D.
EQVES FRNCVS BONAVENTVRA DE ASTE
MARIVS GABRIELLIVS
SERAPHINVS CINCIVS
BARTHOLOMAEVS CAPRANICA
ADMINISTRATORES
GRATI ANIMI MEMORES POSVERE
ANNO DNI M.D.CLXIV.

63.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

D. O. M.
PETRO SANTI BVTIO ROMANO
EQVITI HIEROSOLYMITANO
RERVM PRVDENTER AGENDARVM
SPECVLO AMICITIÆ FIRMITER
COLENDÆ EXEMPLARI HOMINVM
VIRTVTE PRÆSTANTIVM FAVTORI
CONSTANTI MANSVETO PIO
ET VNIVERSIS DOTIBVS
FLORENTISSIMO
LAVRENTIVS BVTIVS VTRIVSQ.[E]
SIGNATVRÆ S.[MI] D. N. REFEREND.
NEPOS ET IVLIANVS FRATRI
NVNQVAM NON MEMORABILI
AC FLEBILI
M. POS.
OBIIT DIE XVI FEBRVARII
M. DC. LXV

64.

S. Andreae de Fractis,

Humi.

D. O. M.
HIC
AD TVBÆ VSQVE NOVISSIMÆ SONVM
EXPECTAT D. BLASIVS CONSTANTIVS
ROMANVS I. V. D. APOSTOLICVS
PROTHONOT. BASILICÆ S. AMBROSII
MEDIOLANI OLIM CANCVS VIR SANE
PRÆCLARIS ANIMI DOTIBVS CONSPICVVS

PLV-

PLVRIVMQ. VIRTVTVM RADIIS CORVSCANS
QVI POST ADMINISTRATVM VLTRA
ANNOS VIGINTI SVMMA CVM LAVDE
VICARII GNALIS OFFICIVM S. MEDIOLAN
ECCL. SVB ARCHIEPISCOPIS FEDERICO
BORROMEO ET CÆSARE MONTIO
S. R. E. CARDINALIBVS ET PATRIOS LARES
VT LIBERIVS DEO FAMVLATVM EXHIBERET
PETIIT IBIQVE ANNORVM OCTOGINTA
MENSIVM DVORVM ET DIERVM QVINQVE
SVÆ ÆTATIS CVRRICVLO EXPLETO
AD SVPEROS . . . . EIVS PARS
IMMORTALIS SOLIDIS ONVSTA
OPERIBVS PERREXIT HOC IN TVMVLO
PARTI MORTALI . . . . .
SEPTIMO IDVS APRILIS
MDCLXVI

65.

S. Martini ad Montes.

Humi.

D. O. M.

IACOBO . FILIO . ODDI . COLVNE . ET
OLIPIE . FESTE . VTR. SIGN. REF.
NOBILI . ROMANO
EX . VETVSTISSIMA . DE . CASTRO
RVBIANI . FAMILIA . ORTO
ERVDITIONIS . ET . SCIENTIE
SINGVLARIS
MEMORI . MORTIS . ADHVC . VIVENTI
HIC . PONI . VOLVIT
VIX. ANN. LX. OB. A. MDCLXVII

66.

S. Johannis Florentinorum.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
PETRVS FRANCISCVS DE RVBEIS
PATRITIVS ROMANVS
PODII SVMMÆ VILLÆ MARCHIO
CASTRI FOLEÆ IN SABINIS COMES
VTRIVSQVE SIGNATVRÆ REFERENDARIVS
S. CONSISTORIALIS AVLÆ FISCI ET CAMERÆ ADVOCATVS
FIDEIQVE PROMOTOR
AB VRBANO VIII. INNOCENTIO X. ALEXANDRO VII.
CLEMENTE IX. ET X. PONTT. MAXX.
ARDVIS SEDIS APOSTOLICÆ NEGOTIIS ADHIBITVS
AC OMNIBVS FERE CONGREGATIONIBVS ADSCRIPTVS
MAIORA NON ASSECVTVS
CVM NEMO AD EIVS MVNERA SVBEVNDA
PRÆSTANTIOR AVT PAR INVENIRETVR
VIXIT ANN. LXXXII. OBIIT XI. DECEMBR. MDCLXXIII.

67.

S. Johannis in Laterano.

Cum protome.

D. O. M.
PETRVS FRANCISCVS DE RVBEIS ROMANVS
MARCHIO PODII SVMME VILLAE AC COMES
CASTRI FOLEAE IN SABINIS
INSIGNIS IVRIS CONSVLTVS
A PAVLO V.
SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE ADVOCATVS
AB VRBANO VIII

REV.

REV. CAM. APOSTOLICÆ ET FISCI PATRONVS
AC FIDEI PROMOTOR LECTVS
INTER PRÆSVLES DOMESTICOS S. PALATII ET VTRIVSQVE
SIGNATVRAE REFERENDARIOS ASCITVS
AB INNOCENTIO X.
INTER CONSVLTORES ECCLESIASTICÆ IMMVNITATIS
ET SANCTAE INQVISITIONIS COOPTATVS
AB ALEXANDRO VII
OMNIBVS FERME CONGREGATIONIBVS ASCRIPTVS
A CLEMENTE IX ET CLEMENTE X
AD GRAVIORA QVÆQVE NEGOTIA ADHIBITVS
AB ROMA TOTOQVE ORBE LITTERARIO
IVRIS ORACVLVM HABITVS
QVACVMQVE SCIENTIARVM FACVLTATE POLLENS
IN S. SEDIS APLICÆ IVRIBVS TVENDIS
SVMMO STVDIO ADDICTVS
CVIVS INGENII FOELICITATEM ATQVE ERVDITIONEM
DOCTI PASSIM IN EVROPA VIRI LAVDIBVS
EXTVLERVNT AMPLISSIMIS
OCTOGENARIO MAIOR OBIIT ANNO SALVTIS MDCLXXIII
VIRO DE ECCLESIA OPTIME MERITO
IN HAC ECCLESIARVM MATRE
IOANNES PHILIPPVS DE RVBEIS FILIVS
EIVSDEM ECCLESIÆ CANONICVS ANNVENTE
SS. D. N. CLEMENTE PP. XI
POSVIT

68.

In eccleſia Capuccinorum.

Humi.

D. O. M.
ANNA MARIA COSTAGVTA
PROSPERI SIPICCIANI ET ARCIS ELVETY
MARCHIONIS FILIA
COMITISSA VIDMAN MATRONA ROMANA
PIETATE IN DEVM CHARITATE IN PAVPERES
CONSPICVA
VIXIT VT OBIRET OBIIT VT VIVERET
DIE XI. DECEMBRIS M. DC. LXXIX
AETATIS . LX
IO. BAPTISTA COSTAGVTVS CAM. AP. CLER
SORORI DILECTISSIMÆ P.

69.

S. Marcelli.

Humi.

D. O. M.
CINERES
CATARINÆ MANINÆ
HVIVS SACELLI CONDOMINÆ
GASPAR ORIGO FILIVS ET HÆRES
CVRTIVS V. S. REFERENDARIVS
ET VINCENTIVS PEDITVM DVX NEPOTES

MATRI ET AVIÆ B. M.

P. P.

OBIIT AN. SAL. CIↃIↃCLXXXVIII

ÆTATIS SVÆ LXX

70.

S. Mariae Majoris.

Sepulcrum cum protome.

FRANCISCVS LIBERATVS ORTVS RONCILIONE ET CIVIS ROMANVS
SAN. MEM. INNOCENTII PAPAE VNDECIMI SVBDATARIVS
BASILICAE LATERANENSIS ET DEINDE HVIIVS LIBERIANAE CANO-NICVS
AB EODEM PONTIFICE VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIVS
MOTV PROPRIO CONSTITVTVS
AD PRAECIPVVM DATARII OFFICIVM PRIVS EXERCITVM
AMPLISSIME DEPVTATVS
ET DE ARCHIEPISCOPATV EPHESINO PER SVAS LITERAS
IN FORMA BREVIS PROVISVS
AB ALEXANDRO OCTAVO ITIDEM PONTIFICE MAXIMO
IN DIE SOLEMNIS CORONATIONIS SVAE
INTER EPISCOPOS ASSISTENTES ADSCITVS
MORTIS MEMOR VIVENS POSVIT SVPPLEX AD PRAESEPE
ANNO SALVTIS M.DC.XC. AETATIS SVAE SEPTVAGESIMO TERTIO
QVAM AD VSQVE OCTVAGESIMVM SEPTIMVM INDE PERDVXIT

71.

S. Laurentii in Damaſo.

Humi.

D. O. M.

MARCO PAVLO THIERRII ROMANO V. S. R.

LITERARVM APOSTOLICARVM CORRECTORI
ET QVADRAGINTA ANNORVM SPATIO
INSIGNIS HVIVS BASILICÆ S. LAVRENTII
IN DAMASO
PROBÆ FAMÆ CANONICO
QVOD EIVSDEM TEMPLI SACRARIVM
SVA MORIENS HÆREDITATE DONAVERIT
CVM ONERE DVORVM IN SINGVLAS HEBDOMADES
SACRORVM
HOC PERGRATI ANIMI MONVMENTVM
PIO SVO BENEFACTORI
CONCORDI SVFFRAGIO COLLEGÆ CANONICI
PP.
OBIIT IV IDVS MAIAS ANNO MDCLXXXXIV.

72.

S. Mariae de Scala.

In pariete.

D. O. M.
IVLIO SINIBALDO
ALTERIVS IVLY ET ALFIDIÆ CRISPOLTÆ FILIO
NOBILI ROMANO
CIVILI PRVDENTIA ET INTEGRITATIS LAVDE
CONSPICVO
LVCRETIA DE MOLARIA PATRITIA ROMANA MARITO DVLCISSIMO
FABRITIVS VTRIVSQ. SIG. REF. CÆSAR ET AMICVS
PATRI DESIDERATISSIMO
MŒSTISSIMI POSVERE
OBIIT XXX. OCTOBRIS
MDCXCV. ÆTATIS SVÆ LXII

S.Ma-

73.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete, cum imaginibus depictis.

D. O. M.
SERTORIVS . THEOPHILVS
ROMANVS
CONSISTORIALIS
ADVOCATVS
HORTENSIAE . CINQVINAE
VT . QVOS
PATRIA . AMOR . CONIVGIVM
VNA . VIVENTES
CONIVNXERINT
EOSDEM . MORITVROS
LOCVS . CONSERVET . VNVS
MONVMENTVM
IMPARTIVIT

74.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
SERTORIVS . THEOPHILVS
ROMANVS
CONSISTORIALIS
ADVOCATVS
LOCVM . IN . QVO . MAIORVM
AC . QVATVOR . INFANTIVM
FILIORVM
ET . PETRI . DE . VICENTIA
AVVNCVLI . MAGNI
OSSA . PRAESEPVLTA
IACENT
AMBITV . AVCTIORE

AM-

AMPLEXVS . VIVENS . SIBI
CONIVGI . POSTERISQVE
PRO . TVMVLO . CONSTITVIT

75.

Ibidem.

In pariete.

ÆMILIO DE CAVALERIIS S. R. IMPERII MARCHIONI
ROMANO INTER PROCERES VIRO
SVMMIS ANIMI VIRTVTIBVS EXORNATO
QVI
MODESTIAM ITA EXACTE COLVIT
VT ET SI MAIORI TITVLO DIGNVS HABERETVR
AVITVM NVNQVAM DESERVISSET
CVIVS
MIRA IN PERSVADENDO AMABILITAS
NOBILIVM DISSIDIA VEL ANTEVERTIT
VEL IAM ERVMPENTIA COMPOSVIT
QVEM
SVMMI PONTIFICES VRBANVS VIII INNOCENTIVS X
CLEMENS IX OB MORVM INTEGRITATEM
PIETATEMQVE IN DEVM INTIME DILEXERVNT
AC PRECIPVIS HONORIBVS DECORARVNT
GASPAR CAM. APOSTOLICÆ CLERICVS ET ANNONÆ PRÆFECTVS ET
MARCHIO FRANCISCVS VNIVS ALAE EQVITVM LEVIS ARMATVRÆ
CVSTODIE CORPORIS SS. D. N. INNOCENTII XI DVX
NON SINE LACRIIMIS PATRI MERITISSIMO PP.

76.

S. Onuphrii.

Humi.

D. O. M.
OSSA
REV.MI LIVII TANI

77.
S. Urſulae.

Supra eccleſiae januam.

ALEXANDRO VII PONT. OPT. MAX.
QVOD
ECCLESIA OLIM PAROCHIALIS S. NICOLAI DE FVNARIIS
BASILICAE S. MARCI SVA MVNIFICENTIA VNITA
VT ARCHIFRATERNITATI SS. VRSVLAE ET CATERINAE
IN VSVM PERPETVVM CONCEDERETVR
AD BENEFICIA PROPENSIOR ANNVERIT
ILL^MVS^ REV^MVS^ DNVS ORATIVS MATTEIVS PRIM^VS^.

78.
S. Mariae ſupra Minervam.

Humi.

OCTAVIO SACHO NOBILI R . . . . .
PATRITIO ROMANO
ABBATI ET COMMENDATARIO
COENOBII S. ANGELI IN DIC . . . .
CIVILIVM ET CRIMINALIVM . . .
IN CVRIA ROMANA . . . . .
PATRI IN CIR . . . . .
TRACTV . . . . .
QVORVM NECESSITV . . . .
. . . SVM ANIMARVM
SVI . . . . .
. . . . .
. . . .
ET . . . .

79.
S. Mariae in Vallicella.
Humi.

D. O. M.
FRANCISCI ABBATIS MILONI
NON VNICVM MONVMENTVM HOC EST
ALIVD IPSI DVM VIVERET IAM POSVERANT
AD IMMORTALITATEM NOMINIS ERVDITA VOLVMINA
AD ÆTERNAM ANIMÆ BEATITATEM
PRÆCLARA PIETAS AC RELIGIONIS OPERA
POSTREMVM HOC AD REQVIEM CORPORIS
FRANCISCVS ET IGNATIVS EX FRATRE NEPOTES
CARISSIMO PATRVO POSVERVNT
ANNO M. D· CCI.

80.
S. Mariae Majoris.
Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
INNOCENTIO MEVLÆ ROMANO
QVI
OB EXIMIAM I. V. PERITIAM
A SAN. MEM. INNOCENTIO XII.
PRÆFECTVS OFFICIO VACATIONIS PER OBITVM
INSIGNIS COLLEGIATÆ S. MARIÆ IN VIALATA PRIOR
REV. CAM. APOST. COMMISSARIVS GNLIS
SACROS. HVIVS BASILICÆ CANONICVS
IN SVPREMIS TRIBVNALIBVS VTR. SIG. REF. ET VOTANS
ET A CLEMENTE XI. P. O. M.
REV. BASILICÆ S. PETRI AECONOMVS ET A SECRETIS
ELECTVS
DVM SVB TANTO PRINCIPE

CV-

CVIVS AMOREM CLEMENTIAM ET PATROCINIVM
TVM IN SECVNDIS CVM IN ADVERSIS PROBAVERAT
AD MAIORA EVEHI SPERABATVR
INVIDA MORTE PRÆREPTVS DECESSIT
ANNO DNI MDCCIV. AETATIS SVÆ LX DIE VERO XIV OCTOBRIS
FRANCISCVS PHILIPPVS CAIETANVS FILIVS
M. P.

81.

In templo Nomini Mariae dicato:

In ſacrarii pariete.

D O M
LVDOVICO PICCINO
ABBATI RELIGIOSISSIMO
PRO DATO IN PERPETVVM
AD DOTANDAS DECEM PVELLAS ORBAS
ANNVO CENSV
E CENTVM LOCIS
MONTIVM CAMERALIVM
COLLIGENDO
ARCHICONFRATERNITAS
S. S. NOMINIS MARIÆ
PIÆ VOLVNTATIS AC LEGATI
CVRATRIX AB EO DILECTA
BENEMERENTI
P.
ANNO MDCCVI
DIE (ſic)

82.

S. Mariae de Scala.

Humi.

D. O. M.
✠ OSSA GABRIELIS SINIBALDI ROMANI
ARCHIPATRIARCHALIS LATERANENSIS

ECCL. CANONICI FRANCISCI SINIBALDI
VATICANÆ BASILICÆ CANONICI NEPO
TIS MORTVI ANNO MDXI. HVC IN
RESTAVRATIONE HVIVS SACELLI RE
POSITA A FABRITIO SINIBALDO
ROMANO VTR. SIG. REF. ET EIVSDEM
LATERANENSIS ARCHIBASILICÆ
CANONICO ANNO MDCCXII

83.

S. Joſephi in regione Montium.

Humi.

D. T. V.
ANGELÆ MARGARITÆ DE GENTILIBVS
COMITISSE MITI
NOBILI ROMANÆ
CONSTANTI COMIQVE
FOEMINÆ
EGREGIIS ANIMI CORPORISQVE DOTIBVS
CVMVLATÆ
MORTE A MENTIS TRANQVILLITATE
QVA FERE SEPTENI LVSTRI SPATIO VIXERAT
OBEVNTI
ANTONIVS XAVERIVS VTR. SIGN. REF.
ET PHILIPPVS GERMANI FRATRES
SORORI LECTISSIMÆ
VBERRIMIS LACRYMIS
P. P.
CESSIT E VIVIS XIX. KAL. IANVARII
ANNO A PARTV VIRGINIS CIↃIↃCCXIII

S.Spi-

84.

S. Spiritus in Saxia.

In pariete.

D. O. M.
BONAVENTVRÆ IAVOR SACERDOTI
NOBILI POLONO
S. SPIRITVS IN SAXIA CANONICO
QVI
HVIVS ARCHIHOSPITALIS PRIOR
MVNVS SVVM PER ANNOS DVODECIM
TANTA VIGILANTIA PIETATE PRVDENTIA
EXPLEVIT
VT EIVS VIRTVTES DIGNÆ SINT
QVÆ POST MORTEM AD ALIORVM EXEMPLVM
RECOLANTVR
OBIIT DIE XXV MARTII MDCXCIII
ÆTATIS SVÆ LXIII
BERNARDINVS CASALIVS PRÆCEPTOR
HOC
AMORIS MAERORISQVE MONVMENTVM
POSVIT

85.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
BERNARDINO CASALIO ROMANO
VATICANÆ BASILICÆ CANONICO DECANO
ANNORVM XCII
HVIVS ARCHIHOSPITALIS PRECEPTORI ACCVRATISSIMO
IN SEPVLCHRO CANONICORVM SVB ARA MAGNA
EIVSDEM IVSSV DEPOSITO
NEPOTES FAMILIÆ DE GLORERIIS

HVIVS SACELLI FVNDATRICIS HÆREDES
PATRVO AMANTISSIMO MESTISSIME POSVERE
ANNO DOM. MDCCXIII

86.

S. Catharinae de Rota.

Humi.

D. O. M.
CYRIACVS LANCETTA
ROMANVS
SACRÆ ROTÆ AVDITOR
MAIORVM SVORVM
ET FRATRIS CINERIBVS
SIBI TOTIQVE DOMVI SVÆ
ADHVC VIVENS MORTIS MEMOR
MONVMENTVM HOC POSVIT
KAL. IVL. MDCCXIII

87.

S. Thomae ad Cincios.

In pariete ſacelli S. Franciſci.

D. O. M.
IN HOC ALTARI
ALIISQVE HVIVS ECCLESIÆ
CELEBRANTVR QVAMPLVRES MISSÆ
PRO ANIMA
ILL. D. ABBATIS BERNARDI CINCII
VT IN TABELLA ONERVM MISSARVM
ET IVXTA ASSIGNATIONEM
FACTAM AB EODEM
PER ACTA SFASCIAMONTIS
NOT. EMI VICARII
VIII. IVNII MDCCXXII.

VNIVS CENSVS ALIAS IMPOSITI
AD EIVS FAVOREM
PER ACTA GINNETTI NOT. CAP.
XVII. OCTOBR. MDCCXIV.

88.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

HYERONIMO BVTIO
ROMANO PATRITIO
ABBREVIATORI APOSTOLICO
IVLII CARD. MEDICES V. CANC.
INTIMO FAMILIARI
ANIMI ET CORPORIS
FORTVNÆQ. BONIS INSIGNI
ANNO MDXVII
A D. MARIÆ SVPRA MINERVAM
DICTA SVB EPIGRAPHE
TVMVLATO
PRVDENTIA BVTII MARCH. CEVA
NOB· BVTIÆ FAMILIÆ
SVPERSTES VLTIMA
INTER AGNATORVM IMAGINES
MONVMENTVM REPOSVIT
ANNO SAL· MDCCXVII.

89.

Ibidem.

In pariete.

PETRO SANCTI DE BVTIIS
VTR· SIGN. REFER.
VRBIS VETERIS GVBERNATORI
ANNO MDCCIV
SVB IPSO IVVENTÆ FLORE.

MAIORIBVS DIGNITATIBVS
IMATVRA MORTE PRÆREPTO.
PRVDENTIA DE BVTIIS
MARCHIONISSA CEVA
FRATRI OPTIMO
AMORIS ET DOLORIS
MONVMENTVM
POSVIT
ANNO DOMINI MDCCXVII.

90.

S. Mariae in Vallicella.

Humi.

D. O. M.

HORTENSIO DE RVBEIS IVRISCONSVLTO CLARISSIMO

CAVSARVM PALATII APOSTOLICI PATRONO ET CAMERÆ APOSTOLICÆ COMMISSARIO GENERALI

PETRVS FRANCISCVS DECANVS COLLEGII ADVOCATORVM CONSISTORIALIVM FILIVS

PATRI OPTIMO POSVIT

VIXIT ANN. LXIII. MENS. V. DIES X. OBIIT PRIDIE IDVS IVLII MDCXXII

A. M. D. G.
O SVMAM DEI PROVIDENTIAM
O EXIMIAM VIRI PRVDENTIAM
POSTQVAM DIV CAVSIS APOSTOLICIS
ET PONTIFICIO VACAVIT ÆRARIO
QVA INTEGRITATE QVA LAVDE ROMA SCIT
REDDITIS QVÆ SVNT CŒSARIS CŒSARI
OCIVM NACTVS
VT REDDERET QVÆ SVNT DEI DEO
PER ANNVM SIBI VACAVIT
ET TVMVLO FAMA VIVET

SED

SED MAIORE SVI PARTE VIVIT DEO
QVOD IMITERIS QVOD ADMIRERIS
LECTOR HABES

91.

S. Iſidori in regione Montium.

In pariete cum protome.

ODOARDO DE SILVA ROMANO

QVI HVMANI DIVINIQ. IVRIS PERITVS VTR. SIGN. REF. ET VOT. INN. XIII. P. O. M. GRATIAM CONSIL. ET DOCTRINA ADEPT. ET BERNARDI DE

COMITIBVS S. R. E. CARD. EIVS FRIS. AVD. DVM AD MAIORA DESTINARETVR

MORTE PRAEREMPTVS IN IPSO QVIRIN. PALAT. DIE XIII. AVG. MDCCXXII

DESIDERIVM SVI RELIQVIT IOANNA COMITISSA DE SILVA FILIO CHARISS.

COMITES IO. BAPTA ET PET. PAVLVS FRATRI BENEMER. MOERENTES P. P.

92.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D. O. M.
SEPVLCHRVM HOC
OLIM FAMILIÆ DE MOLARIA
NVNC
FAMILIAM SINIBALDAM ROMANAM
PROSPERI DE MOLARIA HEREDEM
SEQVITVR
FABRITIVS SIGNAT. GRATIÆ VOTANS
R. FABRICÆ S. PETRI ÆCON. ET SECRET.
BASILICÆ LATERANEN CÆNONICVS (ſic)

AC CÆSAR MARCHIO FRATRES
DE SINIBALDIS
LVCRETIÆ DE MOLARIA
PROSPERI SORORIS FILII
AD PERENNEM REI MEMORIAM
MONVMENTVM POSVERE
ANNO . DOM. MDCCXXIII.

93.

In templo Farneſiano.

In pariete.

D. O. M.
CAROLO . CERRO . PATRITIO . ROMANO
PRÆSVLI . CLARISSIMO
QVI . PATRVO . MAGNO . PVRPVRA . IMPAR . NON . MERITIS
SINGVLARI . INGENIO . MORVM . CANDORE . PRVDENTIA . INTEGRITATE
ORNATISSIMVS
EGREGIE . IVRIDICVNDO . DIV . PRÆFVIT
FLORENTE . ADHVC . IVVENTA . IN . COETVM . ADLECTVS
PATRVM . CONSVLENTIVM . PONTIFICIÆ DITIONI
AVDITOR . SIGNATVRÆ . IVSTITIÆ
A. C. LOCVMTENENS
PROQVE . IPSO . A. C. BIENNIVM . SVPREMO . MVNERE . PERFVNCTVS
MATVRIORE . ÆTATE . COOPTATVS . IN . ORDINEM . XII . VIRVM
SACRI . PALATII . LITIBVS . IVDICANDIS
IN . QVO . ETIAM . PRO . DECANO . GESSIT . MVNVS
SACRIS . ITEM . CÆTIBVS . QVI . IMMVNITATI
RITIBVSQVE . ECCLESIÆ . CVSTODIVNDIS . PRÆPONVNTVR
ADSCRIPTVS

VIX.

VIX. LIII. EGRESSVS . ANNVM . NON . SINE . BONORVM . OMNIVM. LVCTV

VITA . EXCESSIT . VIII. KAL. NOVEMB. CIƆIƆCC. XXVI.

FRANCISCVS . HORTENSIVS . ET . IACOBVS

HEV . PRECISA . SPE . OMNI

ET . AMMISSO . FRATRE . OPTIMO

MESTISSIMI

IN . HOC . GENTILITIO . SACELLO . POSVERE

94.
S. Mariae in Campitelli.
Humi.

ALEXANDRO ABBATI DE TVRRE PRESBYT. ROMANO
NOTAE PROBITATIS VIRO
HOC AN. AERAE CHRIST. MDCCXXIX
AETAT. SVAE LXXIII IX. KAL. MAIAS E VIVIS EREPTO
IOH. PHILIP. DE TVRRE NEPOS HAERES
ET IN MVNERE SVCOLLECTORIS GENERAL.
QVINDENNIOR. CANCELLAR. APOSTOL.
ALYSQVE SVCCESSOR
PATRVO BENEFICENTISS. SIBI SVISQ.
M. P.

95.
S. Johannis in Laterano.
In pariete.

D. O. M.

HIERONYMO . GARIMBERTO . PARMENSI

EPISCOPO . GALLESANO

HVIVS . BASILICAE . VICARIO

NATO . AD . RES . GERENDAS . ET

BENE . DE . HOMINIBVS . MERENDVM

VIROR . PRINCIPVM . GRATIAM
ADEO . PROMERITO
VT . INTER . DIVERSARVM . PARTIVM . STVDIA
AEQVAM . FIDEI . ET . PROBITATIS . LAVDEM
SEMPER . RETINVERIT
VIXIT . AN. LXX. OBIIT . IV. KAL. DEC.
MDLXXV
IOANNES . FRANCISCVS . GARIMBERTVS
PATRVO . OPTIMO . POS
HVIVS GARIMBERTAE · FAMILIAE HAERES VIGORE FIDEICOMMISSI EX PERSONA LVCRETIAE DE MOLARIA
EST ILLA DE SINIBALDIS ROMANA PROVT CONSTAT EX PVBLICIS TABVLIS PER ACTA VRBANI TVCCELLI
NOT. CAP. SVB DIE X. OCTOBRIS ANNI MDLXXXX.
ANNVENTE AVTEM REVERENDISSIMO CAPITVLO FABRITIVS SINIBALDVS SIGNATVRAE GRATIAE VOTANS
S. CONGREGATIONIS R. FABRICAE SECRETARIVS ET HVIVS BASILICAE CANONICVS HANC MEMORIAM
PONI CVRAVIT ANMO MDCCXXIX.

96.

S. Nicolai apud Caeſarinos.

Humi.

D. O. M.
CLERIÆ CESARINÆ
ANTIQVÆ ROMANÆ CESARINORVM FAMILIÆ
CIVITATIS NOVÆ DVCVM
DESCENDENTI
PHILIPPI COLVMNÆ
SOMNENI PRINCIPIS
EX DVCIBVS PALIANI
MAGNI REGNI NEAPOLITANI

CO-

COMESTABILIBVS
VXORI
FOEMINÆ
OB RELIGIONEM IN DEVM
LIBERALITATEM IN PAVPERES
ET TAM IN CONIVGIO QVAM IN VIDVITATE
IRREPREHENSIBILEM VIVENDI FORMAM
EXIMII IN VRBE NOMINIS ET EXEMPLI
PROSPER COLVMNA CAM. APLICÆ AVDITOR
FILIVS EX TESTAM. HAERES
MATRI ERGA SE AMANTISSIMÆ
MVTVI AMORIS SIGNVM
GRATIQVE ANIMI MONVMENTVM
NON SINE INGENTIBVS LACRIMIS
POSVIT
VIXIT AN. LXXX. MEN. III. DI. XXII.
OBIIT PRIDIE IDVS SEPTEMBRIS
M·D.CCXXXV.

97.
S. Mariae in Vallicella.
Humi.

D. O. M.
PERVETVSTVM FAMILIÆ AMADEÆ
SEPVLCHRVM
A MAIORIBVS HIC POSITVM
FRANCISCVS FOELIX V. S. REFERENDARIVS
ANTONIVS, ET PHILIPPVS FRATRES
DE AMADEIS
AMPLIFICANDVM ET ORNANDVM CVRARVNT
ANNO DOMINI MDCCXXXVII.

98.

S. Honuphrii.

Humi.

D. O. M.
IOSEPHO CABALLINO ROMANO
MAIORIS PRAESIDIS ABBREVIATORI
VTRIVSQ. SIGNATVRAE REFERENDARIO
SIGNATVRAE IVSTITIAE ET CONGR. R. FABR. S. PETRI
AVDITORI
SVMMIS PONTIFICIBVS
BENEDICTO XIII ET CLEMENTI XII
PIETATE IVSTITIA MORVMQ. SVAVITATE
ADMODVM ACCEPTO
AVLAE MVNERIBVS PRAEREPTO
IO. FRANCISCVS CABALLINVS
CONG. ORATORII PRESBYTER
AVITO INSTAVRATO SEPVLCRO
FRATRI AMANTISSIMO
VITA FVNCTO IV IDVS FEBRVARII P.
AN. SAL. MDCCXL.

99.

S. Mariae in Vallicella.

Humi.

AVRELIA CACCIA EQVITIS PETRI FILIA
ET PETRI FRANCISCI DE RVBEIS
CONSISTORIALIS AVLÆ ADVOCATI CELEBERRIMI VXOR
OBIIT DIE XVI MARTII
MDCXLII

100.

S. Mariae in Aquiro.

Humi.

D. O. M.
FELIX PASSERINVS DE NVRSIA
PASSERINI IN VRBE ADVOCATI
FILIVS
PATRIT. ROM.
VTRIVSQVE SIGNATVRÆ DECANVS
CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICVS
AQVARVM PRAESES
A BENEDICTO XIV. P. O. M.
INTER PROT. APOST. ADSCRIPTVS.
HIC SEPVLCRVM ELEGIT
OBIIT IV. IDVS MAII. A. D. MDCCXLIII.
DOMINICVS BARO PASSERINVS.
FRATRI AMANTISSIMO MOERENS POSVIT.

101.

S. Franciſci Stygmatum.

Humi.

D. O. M.
NICOLAVS LANA ROMANVS
INTER SACRÆ ROTÆ AVDITORES
VLTIMVS
ATQVE INTER VEN. HVIVS ARCHIFRATIS ALVMNOS
MINIMVS
PROXIMÆ MEMOR AETERNITATIS
PVLVERI SVO SVORVMQVE
POSVIT
ANNO MDCCXXXXIV

102.

S. Mariae in Vallicella.

Humi.

IOSEPH HORTENSIVS DE RVBEIS PRIMICERIVS SABINEN.
ABBAS S. MATTHÆI DE MASSA AMALPHITANÆ DIŒCESIS
ET SACRÆ CONSISTORIALIS AVLÆ ADVOCATVS
IN IPSO ÆTATIS FLORE OBIIT DIE V DECEMBRIS
MDCL.

103.

Ibidem.

Humi.

DEO OPTIMO MAXIMO
ABBAS CAROLVS CONTINI ROMANVS
ANNVM AGENS XXXXVII
DE DIE EXTREMO COGITANS HIC SIBI
SEPVLCHRVM PARAVIT
ANNO DOMINI MDCCLIII.

104.

S. Mariae in Publicolis.

Humi.

PVBLICA PROVT CONDA' FVNDV' HVNC CENSVRA SEPVLCRV'
PVBLICOLE INSTITVIT. SIC SACRA' VERTIT IN EDEM
ECLESIE CVLTVRA PIE. TVM NOMINA GENTI
PREBVIT ALTA CRVCIS SANCTE MEMORABILE NOMEN
RESPICE IAM STATVAS MANES VENERANDA Q' SIGNA
FAMILIÆ ATQ. DOMI FIDEI MONVMĒTA FORISQ'
FVNERIBVS SACRIS
IACOBO ET IOHANNE PARENTIBVS PIENTISSIMIS
ET
PETRO PAVLO VALERIANO ALEXANDRO
HONOFRIO EPISCOPO FR̄IBVS VIRIS CLARISSIMIS

SPAR-

SPARSIM EORUM IVDICIO SEPVLTIS
ET
AGAPITO LVCE ET IERONIMO FILIIS DVLCISSIMIS
VA. DE SANCTA CRVCE
VTRIVSQ. IVRIS DOCTOR
ADVOCATVS SACRI CONSISTORII APOSTOLICI
VIVVS

105.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

ALEXANDER MATTHAEIVS PROTHONOT
ET CAMERAE APOST. DECANVS
MATRI OPTIMAE SIBIQ. VIVENS POSVIT

106.

Ibidem.

Humi.

ALEXANDER MATTHAEIVS PROTHON
ET CAMERAE APOST. DECANVS
FRATRI ET FRATRIS VXORI POSVIT

107.

S. Caroli in via Flaminia.

Humi.

HIC
DE PATRIARCHIS ROMANÆ FAMILIÆ CINERES
DIEM RESVRRECTIONIS EXPECTANT
ABBAS CAROLVS FRANCISCVS PROTHONOTARIVS APLICVS
ET
COMES ET EQVES IOSEPH DE PATRIARCHIS
GERMANI FRATRES POSVERVNT

108.

S. Auguſtini.

Sepulcrum cum ſtatua jacente.

D. O. M.
MELCHIORI BALDASSINO AVLAE CONSISTORIALIS

ET

ET PAVPERVM ADVOCATO INTEGERRIMO
CAROLVS BALDASSINVS POST IOANNEM
FRATREM EIVSDEM AVLAE ADVOCATORVM
DECANVS
PATRVI BENE DE SE MERENTIS MEMORIAE
ET FRATRIS POSVIT

109.

SS. Silveſtri, & Martini ad Montes.

Humi.

MARTINO ABB BATTAGLINO
QVI APVD D. PRONI SIBI
SVISQ. IN VITA DOMVM
IN MORTE MONVMENTVM
DISPOSVIT REQVIES

110.

S. Pauli in via Oſtienſi.

Ad muſeum, quod ex nobili lapidum congerie juſſu V. Cl. P. D. Gregorii Fioravanti Romani, ejuſdem coenobii abbatis in veteri clauſtro conſtitui.

QVISQVIS ES AVT CIVIS AVT EXTERVS
FAVSTE VIVAS
ET VETERVM LAPIDVM
INSCRIPTIS NOTIS INSIGNIVM
LAVTISSIMA PVLCHERRIMA SVPELLECTILE
FRVERE MERITO LIBENS
PVBLICO ENIM BONO ET COMMODO
EX ADIACENTIS BASILICAE PAVIMENTO
NE LONGO INCEDENTIVM ATTRITV
DIVTIVS DEPERIRENT
PLERISQVE ADIECTIS VNDIQVE CONQVISITIS
IN PERYSTILIVM HOC
VETVSTATE ET ARTIFICIO ADMIRABILE
TRANSLATI DEDICATIQVE SVNT
ANNO SAL. MDCCLVI.

SACER.

SACERDOTES ET CLERICI
CLASSIS QUINTA.

I.

In cryptis Vaticanis.
In pariete.

✠ FELIX . DIAC
SVB . S. LEONE . I.

DEPS . FELIX . DIAC. V. IDVS . MARTIAS
THEODOSIO . XV. ET PLAC. VALENTINIANO IIII
AA. VV. CC. CON. SS

2.

S. Sabbae.
Humi.

...... E PARCE DEVS
..... HADRIANI DIACO
..... HIC REQESCIT
..... CVRO . . VSP

3.

Ibidem.

...... EPELIRIER ISTO
...... T . . . .
. . . .
.... SACERDOS
...... KL NOV

4.

S. Mariae in Coſmedin.

In porticus pariete.

✠ HAEC TIBI PRAECLARA VIR
GO CAELESTIS REGINA SCA SV
PER EXALTATA ET GLORIOSA DO
MINA MEA DI GENETRIX MARIA
DE TVA TIBI OFFERO DONA EGO
HVMILLIMVS SERVVLVS TVVS
..VSTATHIVS INMERITVS DVX
QVEM TIBI DESERVIRI ET HVIC
SCAE TVAE DIAC DISPENSATO
REM EFFICI IVSSISTI TRADENS
DE PROPRIIS MEIS FACVLTATI
BVS IN VSV STIVS SCAE DIAC. PR..
SVSTENTATIONE XPI PAVPERꝶ
ET OMNIVM HIC DESERVIENT..
CVM DIACONITAꝶ OB MEORVM
VENIAM DELICTORVM HAEC
..NFERIVS ADSCRIPTA LOCA ID
FVND' POMPEIANV CVM CASIS ET
VINEIS. FVNDOꝶ TREA. SCROFA
NV ET MERCVRIANV SEV CAMPIS
CVM CASIS ET VIN SEV OLIBETIS
FVND' ANTIQ. VNC. IIII. SEM CV CASIS
ET BIN NECNON. HOLIBETIS SI
MVL BINEAS QV SVNIN PORTIS..
TABVLAS VI. ✠ ITEM ET EGO GE
ORGIVS GLORIOSISSIMVS OFFERO
VNC. III. FVND' ANTICV CVM CASIS
ET BINEIS SEV OLIVET FVND' AGELLII

IN

IN INTEGRO CVM OMNIB. AD SE PTINENTI
B QVOD VISVS SVM EGO QVI SVPRA
OFFERERE VNA CVM GERMANO MIO
..OAVI..

5.

Ibidem.

✠ ETBV ..... NEC NON :.... ET
BINEAS . QVI . SVN . IN . PINCIS . BER
.. V℞ . III . SEV . ALIAS . V. BERSV℞ . B
VBARICAS . QVI . SVNT . IN . FVND'. AR ..
ANI . CVM . CASIS . ET . BIN. SIMVL . V.
BERSV℞ . IN . SSTO . FVND' . QVOD . DA
TA . SVNT . AB . EREDIB. GERMANAE
MEAE . MOLA . QVEM . DATA . EST
AB . ERED' . PAVLI . IVXTA . EAD'. DI
III . VNCIAS . MOLAE . QVI . DATAE . S
BINEAS . TABVL' . XI . QVI . SVNT . IN
AGEIT . BINEAS . TABVL' . IIS . QVI . SV
IN . TESTACIO . NECNON . TABVL'.XVIII. Q
SVNT . IN . SCO . GORDIANO . NECNON
TABVLAS . II . Q. SVNT . IN . SCO . E
VPLVM. DEBERODIPTIC' P..
QVI . PRO . TEMP. FVERIT . FACI ..
QVOTIDIANA. MISS. ACCIPIAT . AP ..
TRE . SOLID' . III . . ET . SI . QVIS . PRE
:. VMPSER℞ . TAM . DE . HIS . LOCIS . Q ..
AE . A . ME . OFFERTA . SVNT . ET . OR
DINATA . BEL . A . CETERIS . XPIAN
OBLATA . SVNT . BEL . IN . POSMO .
OFFERTA . FVERIT . AB . VSV
ET . POTESTATE . HVIVS . SCE . DIAC
ALIENARE . AVT . MONITZIONEM

EXINDE . CVIQVAM . FACERE
SCIAT . SE . DISTRICTVS . RA
TZIONES . REDDITVRVM .
ESSE . EIDEM . DEI . GENETRI
CIS . IN . FVTVRO . IVDICIO . INSVP
ER . ET . ANATHEMATIS . BINCVLO
SIT . INNODATVS . ET . A . REGNO . DI
ALIENVS . ATQVE . CVM . DIABVLO
ET . OMNIBVS . IINPIIS . AETER
NO . INCENDIO . DEPVTATVS . ✠

6.

S. Mariae in Coſmedin.

In pariete.

VETVS MONVMENTVM AD ANNVM DCCCCII.
IOANNE IX. PONT, MAX.
DONATIONIS FACTÆ A THEVBALDO ECCLESIÆ S. VALENTINI
QVÆ E REGIONE HVIVS S. DIACONIÆ EXTABAT
IN DIRVTO ISTIVS SECRETARIO REPERTVM
HOC LOCO ARCHIPRES. ET CANONICI POSS.
VRBANO VIII. P. M. ANNO IVB. MDCXXV.

SVME VALENTINE MARTIR HEC DONA BEATE. QVE TIBI FERT OPIFEX TEV
BALDVS CORDE BENIGNO. HEC ITAQ' SVNT QVE TIBI BEATISSIME:
MARTIR IDEM TEVBALDVS CONCESSIT. QVATINVS SINT IN VSV
SACERDOTV IN PERPETVV DO TIBIQ' HIC SERVIENTIVM
IDEST. DOMVS DVAS SOLARATAS IVNCTAS IN VICINO TVÆ ECCLÆ
CELLA IVXTA EANDE ECCLAM. ORTICELLV CV OLIVIS RETRO ÆCCLAM SCI

NI-

NICOLAI (ſic) VINEA IN ANTONIANO . MISSA

LEM . I. ANTIFONARIA . II. VNV DIVRNI . ALIVQ. NOCTVRNI OFFICII . FERIALES . II.

LIBRV GENESEOS CV ISTORIIS CANONICIS . PASSIONARIV . DIALOGV CVM

SCINTILLARIO . IMNARIA : II. LIBRV EX MORALIB' CALICE ARGENTEV EXAVRA

TV CV CALAMO ET SVA PATENA . TVRIBVLV ARGENTEV . MANVALE . I .

SI QVIS VO BEATISSIME MARTIR EX HIS QVE TIBI A IA DICTO TEVBALDO CCES

SA SVNT ET VEL AB ILLO AVT AB ALIIS CONCEDENTVR TEMERARIO AVSV ALIQVID

ABSTVLERIT . DISTRAXERIT . VENDIDERIT . VL FRAVDAVERIT SIT SEPATVS A DO OMIV

Q. XPIANOR. CSORTIO . QVIN . ET PPETVO PCVSSVS ANATHEMATE . ATQ. CV DIABOLO ET

OIBVS IMPIIS IVNCTVS . AETERNO INCENDIO EXVRATVR . TEPORE PONTIFICIS NO

NI SVMIQVE IOHIS . EST SACRATA DIE SVPREMO HEC AVLA NOVEBRIS

DV QVITA ELABENTE INDICTIO CVRRERET ANNVM

7.

S. Nicolai in Carcere.

In pariete .

✠ EGO ROMAN' PBR DIVINÆ DISPENSATIONIS GRA SCI

SIMI CFESSORIS XPI NICOLAI ÆCLÆ QVE IN CARCERE

DR

D̄R ꝑCVRATOR VL' RECTOR DECERNO ET FIRMIT̄ STATVO :
VT QVEC̄VQ' BONA T̄A EX PARENTIB' ET AFFINIB' MEIS QVĀ
EX MVLTIS AMICIS DIVINE BONITATIS LARGITIONE ACQVI
SIV' ET HACTEN' POSSIDERE VIDEOR P̄DICTA S̄CISSIMI PAT̄S
NICOLAI ÆCC̄LA ꝑ SALVTE ANIMÆ MEÆ . POST OBIT̄V MEV̄ ꝑPE
TVO IVRE POSSIDEAT . HEC SCILICET . AQVIMOLV̄ VNVM .
VNĀ PEDICĀ DE T̄RA QVĀ CAMPSI C̄V MONASTERIO SC̄E
MARIÆ IN AVENTINO . ALIAM PEDICĀ QVĀ EMI AB ALBERTV
CIO CV̄ VINEIS . ITĒ PEDICĀ QVĀ EMI A CRESCENTIO FILIO
BENONIS DE SERGIO . SIMILIT̄ TERRĀ QVĀ EMI SI
MVL C̄V PANTANO A RVSTICO FILIO HOĪS HIRSVTI . ET
T̄RĀ QVĀ EMI A GEORGIO FRĒ P̄DICTI RVSTICI . ITĒ
DVAS PEDICAS QVAS CĀPSI C̄V ÆCC̄LA SC̄E MARIÆ IN
CĀPO MARTIO . TERRE QVIDĒ ISTE ŌMS SVNT IN MVSTACI
ANO . ITEM IN CASA FERRATA . T̄RĀ QVĀ C̄V VINEIS SVIS
EMI A STEPHANO DE PAVLO . ET T̄RĀ QVĀ ACQVISIVI A
BVCCONE CV̄ ORTO . IN T̄RITORIO V̄O ALBANENSI AD CAN
TARV̄ QVATVOR PETIAS VINEARV̄ . SIMILIT̄ III. DOM.
VNĀ QVĀ EMI AB EVDO . ALIĀ IN QVA MODO HABITO
ALIAM QVE INTRA SEPVTEV̄ C̄TINET . ITĒ VNVS PLVVIA
LIS . VNV̄ OPTIMV̄ ATQ. INTEGRV̄ PARATV̄ . DALMATI
CA . I . TVNICA . I . TRES ALBE CV̄ TRIBVS STOLIS . ET MANI
PVL̄S . ET AMICTIBVS ATQ. CINGVLIS . ITĒ . V . LIBRI DEPTATI
CO . MORALIA IOB . BEDA SVꝑ PSALTERIV̄ . LIBER PRO
P̄HARV̄ . LIBER SERMONV̄ . I . LIBER . C̄CORDIÆ . LIBER
MANVALIS . I . CALIX ARGENTEVS CV̄ PATINA . CRVCĒ AR
GENTEĀ . I . VNV̄ INTEGRV̄ PARATV̄ MINORIS P̄TII . EX

HIS

HIS AVTĒ BONIS QVÆCVQ MEO STVDIO VL' LABORE
VL QVOLIBET MODO PFATE ÆCCLÆ SVA BONITATE LAR
GITVS EST DS MEI TPRIS REGIMINE. FIDELITER AC DE
VOTISSIME OMIA ISTA QVE SVBSCRIBVNTVR PPARARE
STVDVI. IN MVSTACIANO. PEDICA. I. DE TERRA. IN CASA
FERRATA. XI. ORTI. CV. IIII. PETIIS. VINEARV. ITEM AD S
MARIA QVE APPELLATVR IN PARVI. VII. PETIAE VINEARV
ET IN ALBANENSI TERRITO (ſic) AD CANTARVM. IIII. PETIE VI
NEARV. VNA DOMVS QVE FVIT IOHIS DE GISO. ITE
ALIA DOMVS QVE EST SVB DOMO THEOPHILACTI
MANDVCA FARINA. SIMILIT ALIA DOMVS QVE FVIT
EVDONIS. ITE TEXTVS EVANGELIORV CV TABVLIS DEAVRATIS
I. CRVX. ET. I. CALIX ARGENTEVS. ET. II. TVRRIBVLA ET DORSALE. I.
C, SOLIDORV. ET II. CASSELLE ARGENTEE. ET. II. PARATA INTE
GRA. VNIV'AQVIMOLI MEDIETAS IN INSVLA. IN MACELLO AR
GASTERIA. IIII. QVICVQ. IGITVR SCORV CANONV TRANS
GRESSOR VEL VIOLATOR. ET SCE RELIGIONIS INIMICVS. TR
MDV DI IVDICI VN PTIMESCENS. ALIQVID EX SVPRADICTIS BO
NIS A SCI NICOLAI ÆCCLA QVOLIBET MODO ALIENARE PSVSERIT
EXCEPTA PAVPERV CAVSA. TPRE FAMI'. OMPTIS DI. ET BEATORV
APLOR PRINCIPV PETRI ET. P. ET BEATISSIMI. N. CVIVS RES A
GITVR ET OIV SCOR NEC NON DNI. VR. PP ATQ. OIV ROMANOR
PONTIFICV IVDICIO. VNA CV CATHOLICIS OIBVS QVOR CSILIO
ET AVXILIO ANATHEMA HOC COPOSVIMVS. N SOLV A CORPO
RIS ET SANGVINIS DNI PCEPTIONE EV SEPARAVIMVS SED ETI
A SCE ÆCLÆ LIMINIB' IN PSENTI ET IN FVTVRO EXCLVDIMVS
ET A TOTIVS XPIANITATIS SOCIETATE EV SEQVESTRAMVS

PPR

ꝑPETVE Q̅Q̅ MALEDICTIONIS ANATHEMATE ILLV̅ C̅STRINGEN
T̅ES C̅V DIABOLO ET ANGL̅IS EIVS. OMNIBVSQ. REꝑBIS IN ÆTE̅N
SVPPLICIO C̅DEN̅AM' NISI RESIPVERIT. ET ꝑ C̅DIGN̅A EM̅DA
TIONE̅ ÆCCL̅Æ SATISFECERIT. FIAT. FIAT. FIAT. AMEN

8.

In cryptis Vaticanis.

In pariete.

. . . .
IVRA SACERDOTIS MERITIS IMPLEVIT HONORIS
A RELIQVIS PRIMVM DIGNVS HABERE LOCVM
SPV̅I VIXIT. CARNI PROSTERNERE DIXIT
QVODQ' SIBI CAVIT NON OBIIT SED ABIT
ERGO TVI TEMPLI LONGAEVVS VERNACVLA MENTI
SIT PIE PETRE TIBI DICITE CORDE PII
DEC XIII. KAL. APR. ANN. D̅NI M. XLIIII.

EPITAPHIVM PETRI PRIORIS
CANONICORVM HVIVS BASILICAE
QVI OBIIT ANNO M. XLIIII
HIC AFFIXVM M. DCXXXI.

9.

S. Georgii in velo aureo.

In porticus fronte.

STEFANVS. EX STELLA CVPIE̅S CAPTARE SVꝑNA. ELOQO
RARVS VIRTVTV̅ LVMINE CLARVS. EXPENDENS AVRV̅ STVDVIT
RENOVARE ꝑAVLV. SV̅PTIBVS EX ꝑPRIIS T FECIT SC̅E GEOR-
GI. CL̅IC' HIC CVI' PˡOR ECCL̅IE FVIT. HVI'

S. Ma-

10.

S. Mariae in Coſmedin.

Monumentum veteris pavimenti ex opere muſivo.

ALFANVS TIBI FIERI FECIT VIRGO MARIA
ET GENITRIX REGIS SVMMI PATRIS ALMA SOPHYA

11.

Ibidem.

In porticu.

✠ VIR PBVS ALFANVS CERNENS QA CVNCTA PERIRENT. HOC SIBI SARCOFAGVM STATVIT NE TOTVS OBIRET. FABRICA DELECTAT POLIET QVIA PENITVS EXTRA. SED MONET INTERIVS QVIA POST HÆC TRISTIA RESTANT.

12.

S. Adriani in foro Boario.

In pariete.

✠ INN DNI ANN DNI M°. CCXXVIII° POTIFICAT DNI GG PP. ANN PMO

INDIC. I. MSE IANVAR. D. XVIII. INVETA ST CORPA BATORꝝ MATIRꝝ MA

RII ET MATHE. ET RELIQE S ADRIAN (ſic) IN COFESSIOE SVB MAIORI ALTARI

ET COPA SCORꝝ TV PVEROR I ABSIDE SVP COLVPNA P MAGRM PELA

GIV EPM ALBAN. ET DNM STEPHM EIDE ECC^E DIAC CARD CV CLICIS

IPS ECC^E. VIDELICET. PBRO BATHOLOM°. BRO° PAVLO. PETRO DIAC

ROMANO SVBDIAC OLIVERIO SVBDIAC ET MATHO CLIC ET IO-
NATHA . MA

13.

S. Mariae ad Martyres.

In pariete.

✠ IN N DNI AM. ANNO NA
TIVITATIS EIVSDEM M. C
C. LXX. INDICTIONE XIII
MENSE IVNII DIE SECDA APO
STOLICA SEDE VACANT
E. TPR DNI PANDVLPHI D
E SEBVRA. ARCHIPBRI EC
CLESIE SCE MARIE ROT
VNDE. ET PBRI PETRI PB
RI DEODATI. PETRI BARS
ELLONE. ROMANI IACO
BI ROMANI PETRI CORR
ADI. PAVLI IOHIS PETRI.
ET TEBALDI DE ALPINIS.
EIVSDEM ECCLIE CLICIS
FACTE FVERVNT NOLE.
ET NOLARIVM

14.

S. Alexii in Aventino.

Lapis oblongus cum imagine ex anaglypho.

HIC. IACET. DNS. PETRVS. DE. SABELLO.
TESARARIVS. TVRON. QVI SEPVL

TVS.

TVS . EST . HIC . ANNO . DNI . M . CC.
LXXXVIII. MSE . DECEB. DIE VLTIMA

15.

S. Mariae in Vincis.

Humi.

✠ HIC REQESCIT RAYNALDVS CLERICVS
IST' ECC Q OBIIT ANO DNI MCCC NONO TEPORE DNI CLEMEN
Q RELIQD' DCE ECC OS VINEAS QS
HT DCA ECC CVI' AIA REQESCAT IN
PACE AMEN

16.

S. Urſulae ad Turrem ſpeculorum.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

HIC . REQVIESCIT PRESB
ITER . FRANCISCVS . RECTOR ECLESIE . SCI . NICOLAI D FVNARIIS .
DE . VRBE . CVIVS .
ANIMA . REQVIESCAT IN PA
CE . AMEN . ANNO D. M. CCC. XV. MESE . MADII . DIE . DECIMO .
NONO . XIII. INDICTIONIS .

17.

S. Caeciliae.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

H REQESCIT DNS PSBTE
PETRVS . BELLVS . CAN. HVIVS ECCLE : QVI DIMISIT HVIC ECCLE .
VNA DOMV . BONA CVI . AIA . REQESCAT IN

 PACE

PACE AMEN OBIIT . . . . . .

AÑO. DÑI. M. CCC XVI. PONT. IOHIS PP. XXII. ANO I M. OCTOB. DIE IIII.

18.

S. Blaſii in Capitolio.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

NICOLAVS DE IVSTINIS
HVI ECCLIE RECTOR Q
OBIIT ANNO DNI MLLO
CCC. XXV. III. MENS IVLII.
DIE. XXIIII. Q' IVS. AIA.
REQESCAT. IN. PACE.

19.

S. Caeciliae.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

HIC REQVIESCIT DNS NI
COLAVS IOHIS RICCARDI DE RICCARDINIS DE TRANSTIBERIM CA.
NONICVS NEAPOLITANVS CVI' AIA RE
QESCAT I PACE
AN Q OBIIT SVB ANO DNI MCCCLXVIII. PONT' DNI VRBANI PP. V.
INDICT. VII. MENS. MAII DIE X

20.

S. Mariae Novae.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

IN HOC TVMVLO REQVIESCIT
NOBILIS VIR DNS BARTHS DE ARCARELLIS DECRETALISTA CAN.
BA AD SCA SCOR. DE VRBE

VRBE QVI OBIIT A. D. M. CCC. LXVIII POT
D. VRBAI PP. V. IND. VI. MESE AVGVSTI DIE XIII C. AIA REQESCAT
I. PACE AM

In eodem lapide.

HIC REQVIESCIT IOHES O
DDONIS CVRSORIS QVI . . . . . .

21.

In baſilica Liberiana.

In atrio aedium canonicorum, cum imagine ex anaglypho.

HOC IACOBI SITA SVNT MANCINI
MEMBRA SEPVLCHRO QVI FVIT
ISTIVS MAXIMVS ÆDIS HONOS
IVRE IGITVR LVGENT FRATRES
CHARIQVE SODALES ET SEMPER
CLAMANT VMBRA BEATA VALE

22.

S. Laurentii in Pane & Perna.

Humi, cum imagine lineis expreſſa.

✠ HIC . IACET . DNS MATHEVS FILIVS DNI . ODDONIS DE COLV-
PNA . CANONICV

. . . .

. . . .

. . . .

23.

S. Mariae in Publicolis.

Humi.

CORPVS VENERABILIS VIRI DNI ANGELI TVTII BASILICE PNCIPIS
HVI ECLIE . RECTORIS . CVI AIA REQVIESCAT . IN PACE AMEN

S. Au-

24.

S. Auguſtini.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

D. LAVRENTIO . RVBRO . PANDOLFE
LLO . CANONICO . BASILICAE . PRINCI
PIS . APLOR. AVNCVLO (ſic) SVO . PIIS . ET
HIERONIMAE . MATERTERAE . SANCTI
SS. B M.
BRIGIDA ET LENA POS.

25.

S. Laurentii extra muros.

Humi, cum imagine delineata.

✠ HIC REQVIESCIT
LAVRENTIVS
CANONICVS BASILI
CE AD SCA SCOR

26.

S. Caeciliae.

Humi.

HIC REQVIESCIT DNS PETRVS
DE SORDIS CANONICVS BASIL. SACTE MAIE MAIORIS DE VRBE
QVI OBIIT ANO DNI MILLESIMO
CCCC. MENSIS APRILIS DIE XVI. CVIVS ANIMA REQVIESCAT I PACE
AN. . . .

27.

S. Mariae in Aquiro.

Humi, cum imagine ex anaglypho.

HOC EST SEPVLCRVM VENERA
BILIS VIRI PRESBITERI ...... CANONICI VENERABILIS ECCLE SANCTE
MARIE IN AQVIRO
ORDINATVM ET FACTVM
.... ANO . DNI . M. CCCC. XXX. IIII AGVSTI DIE XXI

S. Ma-

28.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

IOANNI IACOBO DE
BVCCABELLIS CIVI
ROM. NOBILI
CANONICO LATERA
NENSI RETHORI EXIMIO
POETAE CELEBERRIMO
FRATRES HEV B. M.
FECERVNT
HIC PEDVM ET
SYLLABARVM NORMAM
ITA TENVIT VT NEMO
MELIVS
VIX. ANN. LII. OB. SVB PIO P. M
M. CCCC. LXIIII. IX. KAL. IVLII
CARVS OMNIBVS
VALE

29.

Ibidem.

In pariete.

D. NICOLAO . DE . VALLE . LEGVM . DOCTORI . BA
SILICE . PRINCIPIS . APOSTOLORVM . CANON
ICO . LELIVS . IN . MEMORIAM . DVLCISSIMI . FILII
POSVIT . HIC IN VITA SVA NVLLI MALEDIXIT
SINE VOLVNTATE PARENTIS NIHIL FECIT
MAGNO ET EXCELLENTI CLARVIT INGENI
O ILIADEM HOMERI ET HESIODVM HEROIC
O CARMINE IN LATINVM VERTIT OBIIT PR
IMO IVVENTVTIS FLORE MAXIMA OMN
IVM TRISTITIA MCCCCLXXIII VI KL OCTOBRIS

30.

S. Mariae Majoris.

Humi.

LVDOVICAE LAVRENTII GR
ASSI CONIVGI ET VANNO
TIAE FILIAE DOMINICI VE
LLI VXORI ANN. V. POST
MORTEM MATRIS DEFV
NCTAE SABAS PETRV
CCIOLVS DE VVLPICELL
IS ROM. HVIVS AEDIS
CANONICVS NEPTI PR
ONEPOTIQVE AMANTI
SSIMIS VIVENS FECIT
ET SIBI AN XPI MCCCC
LXXIIII MENSIS APRILI
S DIE XXVIIII.

31.

S. Franciſci ad Ripam.

Humi.

DNO BARTOLOMEO
COLESANTI DE TRACHIS
FILIO CANONICO SATÆ
MARIE DE TRASTIBERI
LEGIB. MORIBVSQ. DE
CORATO VIX. AN. XXXXI.

MEN.

MEN. III. DIES VII.
FRANCISCVS OPTIMO
FRATRI AC B. M. POSVIT SIBI
POSTERISQ. SVIS
MCCCCLXXX

32.

S. Mariae Majoris.

Humi.

D. O. M.
MARCELLO DE PLANCA. PON
TIFICII IVRIS DOCTORI
SACRARVMQVE SCRIPTV
RARVM PERITISSIMO AC
IN OMNI VIRTVTIS GENE
RE SINGVLARI HVIVS BA
SILICAE CANONICVS
CORONATVS FRATER PIE
AC SANCTE VITA FVNCTI
MEMORIAE PROSPICIENS
HOC MONIMENT.
B. M.
POSVIT
VIX. ANN. LVII. M. VI. D. VIIII
OBIIT ANNO SALVTIS MCCCCLXXXV
DIE XXIIII. IVLII

33.

S. Salvatoris de Cupellis.

Humi, ſepulcrum cum imagine delineata.

HIC IACET BERNARDVS

Protome delineata.

ISTA EST CAPELLANIA
PERPETVA EX BONIS
QVONDĀ B̄NARDI RCCA
ERECTA ET XXVI. CABA
LLATIS MVSTI SCDM̄
CONSVETVDINĒ VRBIS
DE AN̄VO REDDITV ET
QVADĀ DOMV̄CVLA PO
SITA IN PLATEA DE RITIS
C̄API MARTIS DE VRBE.
DOTATA ꝑ INNOCENTIV̄
VIII. MAXI MV̄ GM (ſic)
ONERE CELEBR̄ADI
V MISSAS SINGV
LIS EBDOMATIS

OBIIT DIE XXVI. SEPTEMBRIS MCCCCLXXXVIII

ROCHA SEDIS APLICE PENITENTIARIVS MINOR

34.

S. Mariae Tranſtyberim.

In porticus pariete.

IN BASILICAE HVIVS BAPTISMALI SACELLO
OLIM S. ANGELI
QVOD S. FRANCISCA ROMANA
ASSIDVE COLENS MIRACVLIS ILLVSTRAVIT
EADEM IN EXTASIM RAPTA
DE INSTITVENDO OBLATARVM S. BENEDICTI

OLI-

OLIVETANÆ CONGREGATIONIS COENOBIO
MONITA A S. GREGORIO MAGNO
EXEMPLO APIVM ALVEARIA CONSTRVENTIVM
PRIMA SVI ORDINIS FVNDAMENTA IECIT
ATQVE INDE SVB DEIPARE VIRGINIS
ALIORVMQVE SANCTORVM AVSPICIIS
CONSILIO ET OPERA SERVI DEI
IOANNIS MAZZIOTTI EIVSDEM BASILICÆ CANONICI
QVI EIVS SPIRITVALI DIRECTIONE PER XI. ANNOS
VSQVE AD ILLIVS MORTEM CONFESSIONES EXCEPIT
TVRRIS SPECVLORVM DOMVM
IN SANCTIOREM ET COMMODIOREM FORMAM REDACTAM
NOBILIBVS VIRGINIBVS ATQVE MVLIERIBVS
QVÆ SVI ORDINIS INSTITVTA SEQVERENTVR
ATTRIBVIT

35.

S. Venantii in Laterano.

Humi.

D. O. M.
GASPARI . BENECHARIO
HVIVS . BASILICAE . CANONICO
PROBITATE . MODESTIA . ET
FIDE . OMNIBVS . CARO
MATVTIA . MATHIAE . BENE
CHARII . CONIVNX . FILIO
DVLCISSIMO . CONTRA
VOTVM
VIXIT . AN. XXXVI
MENS. III. DIES . VIII
OBIIT . AN. SALVT. M. D. II

DECIMO . KAL. IANVAR.
MAGNA . DE . SE . EXPECTATIONE
SVBLATA

36.

S. Gregorii in clivo Scauri.

Humi, in atrio.

D. O. M.
MATVTIAE PALLE MA
RCI OLBITRI CONTIN
ENTIA AC PIETATE MA
TRONAE INSIGNI QVAE
VIX. AN LIX. M. X.
OBIIT AN. SAL. MDXII.
VII. KL. MAII P. HYER
ONIMVS IN BASI
LICA VATICANA SACE
RDOS MATRI
PIENTIS AC B. M. P.

37.

S. Euſtachii.

Humi, ſepulcrum cum imagine ex anaglypho.

AGAPITVS DE COCCOAGINIS
CANONICVS S. EVSTACHII ORTO (ſic) ORIVNDVS MATRE ROMANA
EX NOBILI CANCELLARI
ORVM FAMILIA VIX. ANN. XLIII. MENS. X. OBIIT. AN. MDXV

38.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

HIC . REQVIESCIT . CORPVS
FRANCISCI . IOHANIS . AGELI

BE-

BENEFICIATI . LATERANENSIS
NEC . NON . CANONICI . SAT
E . MARIE . ROTVNDE . Q. OBI
IT . ANNO . DOMINI . M. D. X.
V. I. V. KL. AVGVSTI . ETATIS
VERO . SVE . ANNO . X. X. IIII

39.

S. Stephani in monte Coelio.

Sepulcrum cum ſtatua jacente.

CHRISTO SERVATORI
BERNARDINO CAPELLAE BASILICAE VATICA
NAE CANONICO DOCTRINA INTEGRITATE
RELIGIONE AC MORVM SVAVITATE INSIGNI
MARIVS MAFFEVS VOLATERRANS
ET IACOBVS SADOLETVS EX TESTAMENTO
CVRATORES AMICO BE, ME, POS,
VIX. AN LXIII MEN VI
OBIIT AN SAL, M D XXIIII

40.

S. Franciſci ad Ripam.

Humi.

D. O. M.
GESIMINAM CERVARIA CV̄ GOITOSA
ET IOANNA EX IO ANDREA
BRANCHALEONE CONIVGE FILIABVS
CICCVMQ AC PETRVM NARDINO
ILLARVM MARITOS HAVD EORVM
VOLVNTATIS IMMEMOR AVIAM
MATERTERAM PATRVVM PARENTES
VT SIMVL EIS QVOT ANNIS IVSTA
FIERI SIMVLQ SVRGERE POSSINT

HOC

HOC MONVMENTO IO. ANDREAS
NARDINVS DIVI PETRI
VATICANI CANONICVS
PIENTISSIME SIMVL CLAVSIT
DIE XI DECENBRIS
MDXXXIIII

41.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D. O. M.
FRANCISCO SACCOCCIO
DE SANCTIS QVI VIX.
ANN. LXXV. M. II. D. XI
CVRTIVS ET MARCELLVS
PATRI OPT. ET INDVL
GENTISS. MOEREN. POS
VII. IDVS MARTII M. D.
XLVII.
IPSIQ. MARCELLO
BENEFICIATO S.
PETRI LV. AN. AGEN
IDEM . CVRTIVS
FRATRI CONCORDISS
LACRIMANS POS
AN. IVBILEI . M. D.
LXXV

42.

S. Laurentii extra muros.

Humi.

D. O. M.
FRANCISCO VANNVTIO
BASIL. VATIC. CANONICO

AB ELEEMOSYNIS IIII
MAXX. PONTT. PAVLI
III. IVLII III. MARCELLI II
ET PAVLI IIII. VIRO
SANCTISS. SALLVSTIVS
VANNVTIVS FRATRI
PIENTISS. ET IVLIVS
POGIVS AMICO OPTI
EX TEST. P. C. VIX. ANN.
LXXV. M. XI. D. XV
OBIIT IIII KL. MAII
M. D. LVI

43.

S. Mariae de Aracoeli.

Sepulcrum cum protome.

GENTILI DELPHINIO
IOHANNIS BAPTISTAE F
CANONICO LATERANENSI
AD OMNEM PRVDENTIAE . HVMANITATIS
POLITIORISQ. IVDICII . LAVDEM . NATO
ERVDITIONE ROMANO. HOMINE . DIGNA
IN PRIMIS . EXCVLTO
VIXIT ANNOS . LIII. M. X. D. VIII
OBIIT . IV. NON. IAN. M. D. LIX
MARIVS . DELPH. FRATRI . B. M. POS

44.

Ibidem,

In pariete.

ATILIVS . DELPHINIVS
MARII . FILIVS
HIC . SITVS . EST

QVI.

QVI . OB . INGENII . EGREGIAM . INDOLEM
MORVMQ. POLITAM ELEGANTIAM
IN LATERANENSE CANONICOR
COLLEGIVM SVPRA . ÆTATEM
COOPTATVS . EST
VIXIT . ANNOS . XIII. DIES XXV
OBIIT IV . IDVS . NOVEMB.
M. D. LXIII

45.
Ibidem.
Humi.

D. O. M.
HIERONYMO GROSSIO
D. MARIÆ TRANSPONTIN
D. MARIÆ IN SCHOLA GRÆCA
D. PRISCÆ CANONICO
S. NICOLAI IN CÆSARI
IN RECT. GREGORIÆ ARAGONIÆ
P. PAVLVS GROSSIVS
S. MARIÆ IN SCHOLA GRÆCA
ET S. PRISCÆ CANONICVS
FELIX GROSSIVS FRATRI DVLCISS
MATRIQ CARISS. B. M. POS
ANNO MDLXIIII

46.
Ibidem.
Humi.

SVSCIPE ME SECVNDV
M ELOQVIVM TVVM ET
VIVAM ET NON CONF
VNDAS ME AB EXPECTA

TIO-

TIONE MEA
HIC REQVIESCIT NICOL
AVS MARTINELLVS
CLER. ROM.
OBIIT XIX. MAR. M. D. LXVI.
VIX. AN. LXIII. MEN. VII. DIES XIX

47.

S. Johannis in Laterano.

In pariete.

D. O. M.
PETRVS PAVLVS GROSSIVS CI. RO. AC HVIVS
SACRO SACTE LATERANE BASILICHÆ CLERICVS
SACTÆQ PRISCÆ CANOICVS SACELLVM HOC AD
REDENPTORIS NRI GLORIAM DICATVM QVADAM SVA
APOTHECA VNA CVM QVODAM CASALEO POSIT. AD APO
THECAS OBSCVRAS REGIONIS PINEÆ EX TESTAMETO DO
TAVIT RRQ. CANOICIS LATERANEN POST SVV OBITVM .
DVTAXAT VIVES RELIQVIT EA SVB LEGE QVOD IPSI
LATERANEN CANONICI SIGVLIS ANIS ET IN PERPETVV
INDICTO SACELLO TRES MISSAS IPSIS PRESETIBVS
VNA IN SCTI FRANCISCI PRO FRACISCI GROSSI SVI
PATRIS ET ALIA IN SCTI GREGORII PP PRO GREGORIÆ
ARAGONIÆ SVÆ MATRIS ET ALIA IN SCTI HIERONI
MI PRO HIERONIMI SVI FRATRIS OLIM RECTO. ECCLIÆ
DIVI NICOLAI IN CÆSARINIS ET SEBASTIANI SVI FRA
TIS IN BEATI SEBASTIAI ANIMABVS ET SVA DIEBVS
FESTIS DECANTANDAS IN QVA ETIAM TESTORIS
CADAVER SEPELIENDV CVRENT QVOD TESTAMETV
PER IO DOMENICV DE GRATIANIS LATERANE ET CAPLI
NVM NOTVM PVBLICVM. III. CAL APRIL. M. D. LXVI
ROGATVM ET QVOD IN LATERANENSI ARCHI
VIO AD PERPETVAM REI MEM. CONDITV EST.

48.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D. O. M.
. MARTHÆ FRANCISCI DE GROSSIS
ET GREGORIÆ ARAGONIÆ CONIVGVM
FILIÆ QVÆ XX . . . . ANNVM AGENS
KAL. OCTOB. MDLXXII. INTERIIT
D. PETRVS PAVLVS GROSSVS
FRATER GERMANVS
CLERICVS SACROSANCTÆ . LATERANEN. ECCLESIÆ
NON SINE LACRYMIS POS.

49.

S. Salvatoris in Lauro.

In pariete ante ſacrarium.

D. O. M.
FLAMINIO PONTANO CANONICO LATERANENSI
ADOLESCENTI ORNATISSIMO
SVMMA MORVM GRAVITATE COMITATEQ. INSIGNI
IN IPSO AETATIS FLORE IMMATVRA MORTE EREPTO
VIXIT ANN. XXII. M. III. D. XXV. OBIIT. XIII. CAL. NOV. M. D. LXIX
IO BAPTISTA PONTANVS ADVOCATVS RO. PATER
FILIO DVLCISSIMO POSVIT
QVI PROXIMO BEATAE VIRGINIS EXORNATO SACELLO ADQ. REM IN EO
SACRAM FACIENDAM DE SVO ADTRIBVTIS BONIS MONVMENTVM HOC IN
QVOD IPSE CONIVX POSTERIQ. EIVS INFERRENTVR EXTRVXIT AN M. D. LXX

S. Pauli

50.

S. Pauli in regione Arenulae.

Humi.

D. O. M.
QVARTO. CAL. OCTOB. MDXLV
OBIIT PETRVS. DE
PELEGRINIS AETA
ANN. LXX
VXOR VERO EIVS CLEMENTIA
DE INGENIERIIS
ROMA M. D. LXXIII
SEXTO CALE. NOVEMB.
ANN. AGENS. LXVI FILII
THOMAS PRESBITER
ET LAVRENTIVS
MERCATORI. DE PEREGRINIS
PIETATIS MVNVS HOC
TESTIMONIO
PERSOLVERVNT

51.

S. Pantaleonis.

Humi.

D. O. M.
ANTONIO BRIOSO CA
NONICO S. MARIAE
ROTVNDÆ FILIO B M
MARTINVS BRIOSVS
PATER NON SINE
LACRYMIS P.
VIX. ANN XXXIIII
DIES X. OBIIT VII IDVS
IVLII MDLXXVI

52.

S. Johannis in Laterano.

In horto veteris clauſtri.

D. O. M.
IO. ANTONIVS. PIMPINELLA
HVIVSCE. SACRO. SANCTAE
ECCLESIAE BENEFICIATVS
SCIENS. SE. MORTALEM
AETATIS SVAE ANNO
XLXXVIII (ſic) VIVENS SILI (ſic)
POS
ANNO. DOMINI. M. D. LXXXIII

53.

S. Helenae vulgo de' Credenzieri.

Humi.

ANTIQVISSIMA CAPPELLA
S^TE CATHERINÆ EX IVRE
PATRONATVS DOMVS
CAVALERORVM QVE CVM
VETVSTATE IAM FERE
ESSET COLLAPSA
TIBERIVS CAVALERIVS
CANONICVS LATERANEN
AC EIVSDEM CAPPELLÆ
POSSESSOR
IN AMPLIOREM LOCVM
ET MELIOREM FORMAM
POSVIT
ET RESTAVRAVIT ANNO
A NATIVITATE DOMINI
MDLXXXXI D. P. APR.

S. Ma-

54.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D O M
ANTIMO BVCCAPADVLIO
PATRITIO ROMANO VIRO PROBO
ET RELIGIOSO OMNIQ. PIETATE
PRVDENTIA ET CHARITATE
PRÆDITO ECCLESIE S. ANASTASIE
PER. XXX. ANN. CANONICO MERITISS
QVI CVM SANCTISS. VIXERIT
ITA ET SANCTISS. ANIMAM
CREATORI SVO REDDIDIT
VIX. AN. L.
OB. DIE XXV. APRILIS
CIↃ.IↃ.XCI.

55.

S. Magni.

Humi.

D. O. M.
IOANNI GVIDETTO
HVIVS BASILICE
CLERICO BENEFIT^{O}
GREGORII XIII. CA
PELLANO VIRO PR
OBO PRINCIP. CAR.^{O}
MATHEVS GVIDET^{S}
FRA BENEMERIT^{O} MAE
STIS^{O}I P. C.

VI-

VIXIT ANN. LX. OB
IIT PRI DECEMBRI
M DLXXXXII

56.

S. Auguſtini.

Humi.

D. O. M.
VITALI . BLANCO . PRESBYTERO . DE . HORTO . NOVO
LVNEN. SARZANEN. DIOEC. QVI . VIXIT . ANNOS . LXVIII
OBIIT . X. KAL. IVLII . ANNO . M. D. XCII
LELIVS . INVITIATVS . ALEXANDRINVS . ET
RVTILIVS . GALLACINVS : PRESBYTER . ROM.
EX . TEST. EXECVTORES . P.
ORATE . DEVM . PRO . EO

57.

S. Mariae de Conſolatione.

Humi.

D. O. M.
CAESAR IVVENALIS MANNECTVS
LATINI VC FILIVS
PRESB. RO. ARCHICONFRATERN. CVST
LOCVM HVNC SIBI VIVENS IN QVEM
MORTVVS INFERATVR ELEGIT
AN. SALVTIS MDXCIII
AETATIS SVÆ LXII

S. Jo-

58.

S. Johannis in Laterano.

In pariete.

IACOBVS . BRANCHARIVS . RO.
HVIVS . ECCLESIAE . CANONICVS . IMAGINEM
S. IACOBI . MAIORIS . EX . OBSCVRIORE . LOCO
PIA . FAVSTINAE . MVTINAE . RO . MATRIS
VOLVNTATE . IN . ILLVSTRIOREM . TRANSLATAM
RESTITVIT . EXORNAVITQ. ALTARE . SACRIS
ANNIVERSARIIS . FACIENDIS . STATO . DIE . PRO
SALVTE . ANIMARVM . SVAE . CVM . DECESSERIT . ET
MATRIS . ITEMQ. SORORIS . VRSOLINÆ . QVARVM
CORPORA . HIC . SITA . SVNT . EXTRVXIT . ET
CENSVM . ANNVVM . PERPETVO . ADTRIBVIT
III. IVL. AN. M. D. XCIII. PER . ACTA . ASC. MAZ.

59.

S. Franciſci ad Ripam.

Humi.

D. O. M.
POMPEIO . DE . BLAN
CHIS . ROM. PRÆSB. I. V. D.
PROTONOTO . APLICO
CVIVS . EA . ERAT . ELO
QVENTIÆ . VIS . EAQ.
VITAE . PROBITAS . VT
EIVS . ET . VERBIS . ET
EXEMPLIS . ESSENT
QVI . SE . A . TERRENO
ABDICANTES . AD . COE

LESTEM.

LESTEM . AMOREM . IN
FLAMARENTVR
VIX. A. XL. M. III. D. XII
OBIIT . DIE . II. OCTOB.
MDLXXXXVI
MARGARITA . MATER
F. DVLCISS. MOERENS
POSVIT

60.

S. Priſcae.

Humi.

D. O. M.
LAVRENTIO CARLERIO ROMANO S. PRISCE CANONICO
PEZIAS DVAS VINEE SVE VIRIDARIO ECCLESIE ASSO
CIANTI ET HAC PERPE CONDIT. GRAVATI VT MESIS
QVACVQ PRIMA DIE LVNE AC IN ANVA COMMEMORATI
DEFVCTOR MISSA PIA PRO DEFVCTIS SVFFRAGIA CEL
EBRETVR IN FESTIVIT. AC STE PRISCE PRO EXA
LTA: SAT MA: ECCL. ROMA AC SEDIS APLICE DENVO
ALTERA MISSA CELEBRETVR PROVT IN ACT
IS D.D. RICNETTI CAPIT NI NOT. AC, ASCANII
MAZIOTTI ALME VRBIS VICARII NOT.
APPARET ANNO M. D. LXXXXV ET M. D. LXXXXVI
CAPITVLV ET CANON CONFRES
SVI VIVENTIS LIBERALITATI POSTERIS ALIQVANDO PROFVTVRA
MEMORIA
GRATI ANIMI POSVERE
ANNO D. M. DLXXXXVI

In La-

61.

In Lateranenſi ſacrario.

Humi.

D. O. M.
FVLVIO ORSINO ROMANO NOBILI
BASILICÆ CONSTANTINIANÆ CANONICO
RELIGIOSO HVIVS SACELLI FVNDATORI
PIO VIRO GRÆCA LATINAQVE FACVNDIA
VTRIVSQVE ANTIQVITATIS NOTITIA
ET OMNI ELEGANTIORI LITERATVRA CLARISSIMO
QVIBVS IN STVDIIS
TANTVM VNI CVM VIVERET OB DILIGENTEM
AC ASSIDVAM EORVM TRACTATIONEM
ET IVDICII ACVMEN ATQVE CANDOREM DELATVM EST
VT QVI SVI ÆVI ORACVLVM HABITVS
TVM IN PATRIA TVM PER EXTERAS GENTES
CELEBERRIMVS
SVMMA APVD PONTIFICES
SACRVMQVE SENATVM GRATIA ET ESTIMATIONE
FLORVERIT
MORTVI AVTEM GLORIAM APVD POSTEROS
NE VLLO VMQVAM TEMPORE INTERCIDAT
EXCELLENTIS INGENII RECONDITÆQVE DOCTRINÆ
AC PLANE IMMORTALITATE DIGNA
QVÆ EDIDIT SCRIPTA CVSTODIENT
ODOARDVS CARD. FARNESIVS
HÆRES EX TESTAMENTO GENTIS SVÆ ALVMNO
HORATIVS LANCELLOTTVS
APOSTOLICÆ ROTÆ AVDITOR
FLAMINIVS DELPHINIVS
EXECVTORES AMICO OPTIMO POSS.
VIXIT ANNOS LXX. MENS IIII. DIES XXVII
OBIIT XVIII. KAL. IVNII
ANNO CHRIST. SAL. MDC.

62.

S. Mariae in Coſmedin.

In pariete.

D. O. M.
HIC IACET INCAVTVS TIBERIS PVER OBRVTVS VNDIS
CVI SIT PERPETVA LVCE BEATA DIES
LVCÆ SILVESTRO SOBRINVS HORATIVS VT SIT
INTER CANONICOS HIC MIHI IVNCTA QVIES
MDCI

63.

S. Nicolai in carcere.

Humi.

D. O. M.
IVSTO . FATTORINO
DIE . VIII. MAII . ET
CONSTANTIAE . DE . LEONIB.
XXVII SEPTEMB. MDLXXII
VOLATERRANIS . CONIVGIB
PARENTIBVS . SVIS
DEFVNCTIS
HIC . IN . XPO . QVIESCENTIB
LVDOVICVS . FATTORINVS
PRESB. ROM. FILIVS . P.
MDCIII

64.

S. Venantii in Laterano.

Humi.

D. O. M.
AVGVSTINO TVRINETTO ROM
LATERANENSIS ECCLIÆ CANONICO
ET CAMERARIO

VIRO

VIRO INTEGERRIMO PIETATE ET
PRVDENTIA SINGVLARI RERVMQ.
TRACTANDARV̄ SOLERTIA INSIGNI
QVI MAIORA IN DIES PROBITATIS SVÆ
INSIGNIA DATVRVS IMMATVRA
MORTE PRÆREPTVS IN MEDIO VITÆ
CVRSV SVMMA OMNIVM CVM LAVDE
ET DOLORE DEFECIT
AMBROSIVS ET IO. BAPTISTA
FRATRES DE TVRINETTIS
FRATRI OPT. ET AMANTISS
MOERENTES POSVERE
VIXIT AN̄OS XLIII. MEN. VIII DIES III
OBIIT NONIS APRIL. AN. SALVTIS
MDCIV

65.

S. Jacobi Incurabilium.

Humi.

ALEXANDRO . GRATIANO . ROMANO
FRANCISCI . ILL. DOCTORIS . F.
PROTONOTARIO . APOSTOLICO
GENERE . SCIENTIA . ET . PROBITATE
ILLVSTRI
ECCLESIASTICAE . LIBERTATIS
DVM . MVNERIBVS . PVBLICIS
PRAEFVIT
DEFENSORI . LAVDATO
ORTVS . ORIENTE . SOLE
DIE . XVII. AVGVSTI . MDLVII
OCCIDIT . OCCIDENTE . SOLE
DIE . XXIX. SEPTEMB. MDCIX.
OCTAVIVS . GRATIANVS . FRATRI . B. M. P.

66.

S. Mariae Majoris.

In pariete cum protome.

D. O. M.
LAELIO . PASQVALINO
HVIVS . BASILICAE . CANONICO
RELIGIONIS . CVLTV
ET . MORVM . ELEGANTIA
PRAESENTIBVS . COLENDO
ANTIQVITATIS . NOTITIA .
CVM . ANTIQVIS . COMPARANDO
OBIIT AN. DOM. MDCXI
AETATIS . SVAE . LXII
POMPEIVS . PASQVALINVS
PATRVO . OPTIME . MERITO
POSVIT

67.

S. Marci.

Humi.

HORATIVS • LVCIANVS
CIVIS . ROMANVS
HVIVS . ECCLESIAE
CANONICVS . DECANVS
FONTEM . BAPTISMALEM
HOC . IN . LOCO
ERIGENDVM . CVRAVIT
ANNO . DÑI . MDC. XVII

68.

S. Mariae in Vallicella.

Humi.

D. O. M.
HIERONYMO ALMERICIO RO
PROTHONOT. APLICO QVI VIX

AN XXXXII OBI DIE XI. IANVAR. MDCCXXI
DIANORA CICERONIA ROM. MATER
FILIO CAR. SIBIQ. ET HEREDIBVS
PETRO GALLO ET CATHERINÆ ALMERICIE
. . . . . . Q. PETRI VXORI
. . . DENTIBVS POSVIT

69.

S. Salvatoris de Cupellis.

Humi.

D. O. M.
SEPVLCRVM OCTAVY
FORZINI ROMANI
HVIVS ECCLESIÆ
RECTORIS QVI OBYT
DIE XXVI. SEPTENBRIS (ſic)
ANNO DOMINI
MDCXXII

70.

S. Apollinaris.

Humi.

HIC REQVIESCIT
CORPVS NICOLAI CASSIANI
HVIVS ECCLESIAE
PER ANNOS XLIV. PAROCHI
ET MISERI PECCATORIS
OBIIT VI. OCTOBRIS MDCXXIII
AETATIS SVÆ LXXIX

71.

S. Urſulae ad Capitolii radices.

Humi.

D. O. M.
AVGVSTINO VIRGILIO ROMANO
PARENTI OPTIMO
NICOLAVS VIRGILIVS HVIVS
ECCLIAE RECTOR
HOC QVOD SIBI VIVENS ELEGIT
SEPVLCRVM POSVIT OBIIT AN
MDCXVI AETATIS SVAE LXI

NICOLAVM VIGILIVM HVIVS ECC
RECT. VIGILANTISS.
VIRGINIA VIRGINIA DE GOGGIIS
SOROR ET HAERES IN HOC PATRIS
MONVMENTO COMPONIT
VIXIT AN XXXX
OBIIT XXIII FEBR M. D. CXXVII

72.

S. Salvatoris de Cupellis.

Humi.

D. O. M.
SEPVLCHRVM
D. ALEXANDRI LVTII
ROMANI I. V. D.
HVIVS ECCLESIÆ RECTORIS
APOLLONIA ALBORGHETTA
ROMANA
CONSANGVINEO SVO SIBI
ET POSTERIS POSVIT
A. D. MDCXXX

S.Pu-

73.

S. Pudentianae.

Humi.

D. O. M.
POMPEIO ANGELIO ROMANO
BASILICÆ S. MARIÆ MAIOR. CANONICO
ERVDITIONIS AC SCIENTIÆ
VIRO SINGVLARI
ANNVM LXIII. AGENTI
DIE S. ANGELO SACRA
MENS. SEPTEMBR. VITA FVNCTO
MONACHI S. PVDENTIANAE
EX TESTAMENTO HÆREDES
VBI SEPVLTVRÆ LOCVM VIVENS ELEGIT
GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVERE
ANNO DOMINI MDCXXXI

74.

SS. Simonis, & Judæ in monte Jordano.

Humi.

D. O. M.
LVDOVICO PETRORSIO. ROM. CIVI
LIBERIANÆ BASILICÆ CL. BENEFICIATO
SACELLI PONTIFICII CANTORI
MARCVS. PETRORSIVS. FRATER
HVIVS. ECCLESIÆ. RECTOR
DOMINICA. SOROR. ET DIONYSIVS
EX. FRATRE. NEPOS
FRATRI. AC PATRVO. OPT. MERITO
AC. SIBI. POSVERE
VT. QVORVM. IVNXIT. ANIMOS. PIETAS

IDEM

IDEM TEGAT . LOCVS . CINERES
VIXIT . ANNOS . LI . MENSES . VI . DIES . II
OBIIT . DIE . XXVI . NOVEMBRIS
M. D. C. XXXIV

75.

S. Mariae Majoris.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
HIERONYMO . MANILIO
HVIVS . SACROSANCTÆ . BASILICAE
CANONICO
ET . HORATIO . MANILIO
EX . FRATRE . NEPOTI
SOCIETAS . SANCTISS. ANNVNCIATAE
SVPRA . MINERVAM
HORATII . EX . ASSE . HAERES
POSVIT.
ANNO . DOMINI . MDCXXXIV

76.

SS. Quatuor Coronatorum.

Humi.

APVD SS. QVATVOR CORONATOS
